De Iulii Valerii epitoma Oxoniensi.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES AB AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM ORDINE

ACADEMIAE WILHELMAE ARGENTINENSIS

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

GABRIEL GEDEON CILLIÉ.

WELLINGTONENSIS.

ARGENTORATI

TYPIS EXPRESSIT M. DUMONT-SCHAUBERG

MCMV.

Von der Fakultät genehmigt am 23. Juli 1904.

Die Abhandlung bildet den ersten Teil einer größeren Arbeit, die unter dem Titel DE DUABUS IULII VALERII EPITOMIS demnächst erscheinen soll.

Marthae Helenae Cillié
Mariae Elisabethae van Niekerk
sacrum.

Praefatio.

Autumno anni 1901 cum in Britannia essem, Ricardo Reitzenstein, praeceptore clarissimo et erga me benevolentissimo, hortante Oxonium me contuli, ut codicem Corporis Christi Collegii 82, quo praeter cetera Iulii Valerii epitoma continetur, inspicerem. Sed temporis angustiis pressus nec satis in legendis veterum scriptorum codicibus versatus librum manu scriptum non perlegere, nedum transcribere potui. Postquam Argentoratum redii, Reitzensteinio intercedente singulari benignitate eorum, qui bibliothecae Bodleianae praesunt, quinque [1]) huius codicis phototypos adeptus sum. Quos cum curiosius inspexissem, non acta agere mihi videbar, si hanc recensionem epitomae, utpote Zacheriana epitoma longiorem, ederem. Vere igitur insequentis anni Oxonium iam melioribus subsidiis instructus repetii integram epitomam transcripturus.

Codicis Oxoniensis — in sequentibus O dico — Corporis Christi Collegii 82 descriptioni, quae in Coxii catalogo (Oxonii 1852 Tom. II) invenitur, pauca addo. Pars scripta singularum paginarum in longitudinem patet 33,5 cm, singulae columnae — nam duabus, ut iam docuit Coxius, columnis constant — in latitudinem 10 cm, singulae paginae inter 48 et 49 versus in unaquaque columna scriptos variant. Totus codex, praeter paginas 184, 185, 186, ut mihi videtur, ab eodem librario scriptus est. Epitoma historiae Alexandri a Iulio Valerio confectae, quae paginis 137—156 continetur, non est in libros divisa, sed in capita, quae in margine lineola

[1]) His phototypis comprehendentur p. 139, 140 (= nostrae ed. 6, 11—12, 14), 147 (= 28, 22—31, 12), 151 (= 39, 16—42 add. 7), 155 (= 49 add. 17—52 add. 15 et 49, 1—50, 3).

(φ) distingui videntur. Titulus a prima manu rubris litteris superscriptus est: Iulii Valerii Alexandri regis magni Macedonum ortus, vita et obitus. [1]) Unus est codex noster, qui in huius operis fronte Iulii Valerii nomen servarit, atque ipsa hac inscriptione maxime recedit a ceteris huius epitomae libris manu scriptis, ut recte monuit Paulus Meyer. [2]) Valerii plenioris codices initio mutili scriptoris nomen in subscriptionibus singulis libris additis produnt. Sed in Oxoniensis libri subscriptione Iulii Valerii nomen non invenitur; iisdem rubris litteris expressa legimus haec: Explicit ortus, vita et obitus Alexandri regis magni Macedonum. Incipit epistola e. q. s.

Egerunt de hoc codice haud ita pauci viri docti. Iulius enim Zacher, vir doctissimus et de historia fabulosa Alexandri Magni optime meritus, cum epitomae editionem principem [3]) atque adhuc unicam emitteret, pauca de eo praefatus est. Usus autem est Zacher apographo a Perizonio olim facto, quod quinque tantum continuit capita. Perizonium plura non transcripsisse valde se dolere [4]) Zacher ait, quoniam ex paucis his paginis satis intellegatur codicem O singularem inter ceteros epitomae libros locum tenere. [5])

---

[1]) Quod Coxius l. l. iam docuit, ideo affero, quia Iulius Zacher in libro inscripto „Pseudo-Callisthenes-Forschungen zur Kritik und Geschichte der ältesten Aufzeichnung der Alexandersage, Halle 1867" p. 42 dubitat, utrum haec inscriptio in O ipso inveniatur an a Coxio ficta sit.

[2]) „Alexandre le grand dans la Littérature Française du Moyen âge. Tom. II, Paris 1886." De hac quaestione egit vir doctus Tom. II p. 21, cf. etiam infra.

[3]) Iulii Valerii Epitome zum erstenmal herausgegeben, Halle 1867.

[4]) Cf. Ed. Zacher. Praef. VII et XI.

[5]) In Perizonii apographum multi errores gravesque inrepserunt. Pauca exempla afferam:

Pag.	2, 2	Per. legit	scythas	O habet	festas
„	2, 9	„	auraso	„	autem raso
„	3, 21	„	transmigrari	„	transiugari
„	3, 21	„	qui	„	cui
„	4, 9	„	deorum	„	decorum
„	4, 15	„	eraptis	„	carptis.

Inspexit deinde codicem O, quin potius collatione eiusdem ab aliis facta usus est Didericus Volkmann, qui anno 1882 Portae libellum, cui inscripsit „Adnotationes criticae in Iulium Valerium" in vulgus edidit.[1]) Hunc ego libellum valde doleo quod neque apud bibliopolas neque in bibliothecis Argentinensi, Berolinensi, Hallensi, Ienensi, Portensi reperi. Exscripsit eum Bernhardus Kuebler et in suae editionis[2]) Iulii Valerii apparatu, quem dicunt, critico ad Valerii textum emendandum adhibuit. Volkmannus vero, si Kuebleri silentio fidem habeas, multa, quae ad Valerii verba sananda usui sunt, omisit; interdum etiam erravit. Nam verba *„ut arcanum sermonem tuto committeret",* quae Kuebler p. 3, 20 editioni suae inseruit addens[3]) Volkmannum ea ex codice O attulisse, inveniuntur quidem in Sergii personati explanatione in Donatum (Gram. Lat. IV, 557, 26 Keil), sed deesse ea in codice O mihi credi volo.

Venio iam ad auctorem illum, qui solus, quod sciam, codicem O accurate diligenterque examinavit, qualis esset et quae contineret, in lucem produxit, quem locum teneret inter tot libellos de rebus ab Alexandro gestis compositos exponere conatus est, Paulum dico Meyer, virum doctissimum litterisque florentissimum, qui de scriptoribus, qui hanc historiam medio aevo, ut aiunt, tractaverunt, optime meritus est. Is igitur in libri supra laudati tom. II p. 21—26 haec fere de codice nostro exposuit. Omnium epitomae codicum

---

[1]) Cf. Carolum Boysen „Wochenschrift für klassische Philologie, 1884", p. 333 sqq. Boysen, qui censor Volkmanni libelli exstitit, ex eo protulit sententiam hanc: „Efficitur opusculum, quod est in libro Oxoniensi, multo ante epitomam esse compositum". Ipse Boysen l. l. ita pergit: „Muß man aber nicht geradezu sagen, daß die bisher bekannte verbreitete Epitome nun nicht mehr als direkte Verkürzung des Originals zu betrachten sei, sondern der Cod. Ox., oder vielmehr der Text, den dieser Codex repräsentirt, eine Mittelstufe zur Epitome war?" Quibus ex verbis probabiliter colligas Volkmannum parum perspexisse eam, quae re vera, ut docebo, intercedit inter O et epitomam Zacherianam rationem.

[2]) Iulii Valerii res gestae Alexandri magni. Lipsiae 1888.

[3]) Cf. etiam Boysenum l. l.

O esse unicum, quo Iulii Valerii nomen conservatum sit. Inde iam suspicari nos posse unum hunc testem superesse recensionis vel familiae, ut aiunt, codicum, quae se pressius quam ceterorum epitomae librorum manus ad archetypum, id est ad Valerium ipsum, applicaverit. Neque hanc suspicionem te fallere. Propius enim inspectanti apparere librum O intercedere inter Valerium ipsum et epitomam a Zachero editam — Z in sequentibus dico — quoniam in O saepenumero sententiae obviae sint, quae apud Valerium pleniorem reperiantur, in Z desiderentur. Inde facile perspici codicem nostrum medium inter Valerium ipsum et Z locum tenere, ita tamen, ut artius cum Z quam cum Valerio cohaereat. Deinde Paulus Meyer, postquam indicavit, quibus in locis O cum Z, quibusque cum Valerio consentiret, sic pergit (p. 24) — ipsis iam utor eius verbis —: „Il ne serait pas inadmissible en soi que la leçon de Corpus (sc. O) et l'*epitome* représentassent deux abrégés de Valerius, faits indépendamment l'un de l'autre; mais si on examine de près les rapports des trois textes, on reconnaîtra que la leçon de Corpus forme réellement, comme je l'indiquais plus haut, la transition entre Valerius et l'*epitome*, que l'auteur de ce dernier texte abrège, non pas directement Valerius, mais la leçon déjà abrégée que nous a conservée le ms. de Corpus. J'ose croire qu'il ne restera sur ce point aucun doute pour quiconque aura pris la peine de comparer les trois rédactions ci-après rapportées d'un même morceau, qui est tiré du l. III ch. 3". Deinde in medio ponit Valerii verba p. 116, 23—117, 9, *„Igitur Persae — — — instetere"*; O p. 38 add. 19 verba: *„Igitur Persae — — — desiderati fuerant"*; Z p. 53, 13—54, 3 (nostr. ed. 37, 19—38, 9) verba: *„Cumque Indi — — — — mortui fuerant"*, et concludit verbis his: „On peut donc considérer comme établi que l'*epitome*, avant de parvenir à l'état où nous le possédons dans un si grand nombre de mss., a d'abord passé par un état intermédiaire que représente seul jusqu'à présent le ms. de Corpus".

Haec quidem Paulus Meyer, cuius opinionem hoc stemmate, quod vocant, illustrare liceat:

Iulius Valerius
|
Codex Oxoniensis
|
Epitoma Zacheriana.

Atque profecto cum codex O aut epitomae formam pleniorem aut multo plura, quam quae in Z leguntur, praebeat,[1]) nihil probabilius videtur et verisimilius, quam Valerium et O et Z ita, ut Paulus Meyer sibi persuasit, inter se cohaerere. Sed si eas partes, quae sunt inter O et Z communes, cum illis, quae in O solo exstant quasque in sequentibus nota Oi significo, contuleris, primo aspectu intelleges, eas maxime inter se differre. Eas quidem partes, quae sunt eaedem in Z et in O, ex eodem archetypo fluxisse exemplis argumentisque affirmare supervacaneum est. Cuivis enim obiter legenti manifestum erit. Cui parti quomodo coniunctae sint eae, quas O solus exhibet partes, duabus viis explicari potest: aut ea, quam instituit Paulus Meyer et Boysen, aut ea, quam nos praeferimus, ut scribam epitomam Zacherianam plerumque secutum e pleno ipsius Valerii exemplari, quod praeter illam ad manus habebat, has partes inseruisse et addidisse credamus. Quam sententiam hoc quasi stemmate illustrare liceat:

Iulius Valerius
Epit. Zach.
Codex Oxoniensis.

Nostram hanc opinionem argumentis firmare iam liceat.

Epitomatorem,[2]) qui ipse operae suae rationem non dedit,[3]) festinante calamo satis neglegenter quae in ampliore

[1]) O tertia ferme parte superat Z.

[2]) Sic ego in eis, quae sequentur, Zacherianae epitomae scriptorem appello.

[3]) Quod fecerunt exempli gratia Iustinus, Iulius Paris, Ianuarius Nepotianus.

libro invenerat in breve contraxisse nemo negabit. Singula cur aut omiserit aut receperit, frustra quaeras, nisi quod, ut plerumque fit in hoc librorum genere, quo propius ad finem pervenerit, eo breviorem eum fieri facile intellegis. Primus enim Valerii liber, qui in Kuebleri editione 65 paginis continetur, in Z 38 paginas implet, secundus in Valerio 45 in epitoma 15 paginis absolvitur, tertius apud illum 58 in hac 13 amplectitur. Quae capita integri Valerii in epitoma praetermissa sint, quamquam et Iulius Zacher et Paulus Meyer iam docuerunt, quia nunc Kuebleriana editione uti licet, repetam. Desiderantur[1]) in libro primo capitis 7 magna pars itidemque capitis 9.[2]) Deinde caput 20 totum, 23 praeter primam sententiam, capita 24—32,[3]) 34, 39 praeter supremam sententiam et capita 46—50. In libro vero secundo desunt caput primum et secundum fere totum, deinde 8, 11, 12, 13, 14, capitis 16 dimidia pars, capita 17, 18, 25 fere totum, capitum 27, 28, 29 partes magnae, 30, 35, capitis 37 dimidia pars 38, 39 totum suprema sententia excepta. In libro tertio frustra quaeras capita haec: 1, 2, 9, 10—28, 32 fere totum, 33, 35—37, ex capitibus 41—53 una sententia ex initio scilicet capitis 46 servata est, 56 fere totum deest, nec non capita 57, 58, 59 tota.

Epitomator autem quamquam tam multa silentio praeteriit, ut non nisi ossa quasi et umbram historiae ipsius servaverit, praecipue in libris secundo tertioque, tamen eundem narrationis tenorem, qui est apud Valerium, retinuit, uno loco excepto.[4]) In epitoma Candace regina pictorem, qui

[1]) Illos tantum affero locos, quibus integras narrationes Epitomator omisit.

[2]) Primus locus totus et secundi pars maior in Pseudocallisthene quoque desiderantur.

[3]) His in capitibus Valerius Alexandri res in Aegypto gestas narrat, quae narratio fere tota in codice Parisino (P apud Kueblerum, Vp apud nos) deest. Itaque quamquam e codice Parisino certe non fluxit epitoma, mutilatum tamen codicem etiam ab Epitomatore adhibitum esse suspicor. Ita factum esse crediderim, ut unicus, qui nobis alicuius momenti esset locus Valerii silentio praetermitteretur.

[4]) Pag. 40 sqq. (= Val. 136 sqq.; causa facile perspicitur), cf. etiam p. 25, 20 sqq. cum Val. pp. 70 et 71.

Alexandri imaginem accuratissime depingat, mittit; deinde Alexander Candacae litteras scribit, quibus receptis illa respondet additque se Alexandro magna dona tribuere; mitteret, qui ea sumerent. Apud Valerium contra Candace pictorem mittit, postquam Alexander munera ab illa data accepit. At minutis in rebus persaepe Z narrationem aut aliquid inserendo aut alias rerum causas fingendo mutavit. Quare saepissime Z his in rebus ab exemplo suo recedit. Quod maxime premo, quia inde optime intellegitur, quae ratio inter Z et Oi intercedat. Oi enim in rebus nunquam ab Valerio pleniore dissentit. Quam ob rem magna cum probabilitate iam nunc suspiceris Oi et Z non ab eodem scriptore compositas esse. Exempla dabo. Val. 20, 22, sqq. leguntur: „Sedet patri (sc. Philippo) professio adulescentis (sc. Alexandri) et 'Equos', ait, 'ad hosce tibi usus iubebo protinus deductu iri, de quibus tibi ad votum proclivitas fiat; neque enim improbo huiusce desiderii gloriam'. Tunc filius: 'Gratiam equidem tibi, pater, huiusce muneris facio; habeo quippe equos, quos ex aetatula iam recenti ad haec mihi studiosius praeparavi'". Haec Z vertit 12, 22 sqq.: „Philippus quoque equos illi et cetera itineri necessaria praeparari iussit." Val. 15, 17/18 „Quippe nescius, quae te impenderent humi, rimare ea, quae caeli sunt", quae ad verbum Epitomator 11, 13 exscribit, sed inter „humi" et „rimare" addit: „nunc resupinus iacens". Sed hoc quidem additamentum ad scribam epitomae nescio quem referri posse non nego[1]), vix tamen illud quod legitur in epitoma 15, 15/16: „Miratur Alexander et petendi morem et titulum dixitque uni, qui primus illorum esse videbatur", quae verba ex Val. 26, 23/24 sunt translata, sed illic verba „dixitque uni, qui primus illorum esse videbatur" non reperiuntur. Deinde in epitoma 31, 18—21 legimus haec: „Tum Darius, 'Numnam', inquit, 'tu ipse ades, Alexander, qui nobis adeo constanter confidenterque bellum indicis'? Negat ille sese Alexandrum fuisse, enimvero eius internuntium." Valerius habet haec (92, 32—93, 4): „Numnam quaeso, (cum Darius) dixisset, tu ipse

[1]) Ipse Epitomatorem verba *gratiam facio* et *rimare* parum intellexisse credo.

Alexander ades, qui adeo nihilum reverens nostri confidentissime loqueris?' responsum accepit sese quidem internuntium esse, enim pro ipso Alexandro loqui oportere". Cf. hos quoque locos: epit. 14, 1—5 (= Val. 24, 3—8); epit. 22, 15—18 (= Val. 62, 8—10); epit. 19, 28 (= Val. 50, 8); epit. 43, 30—44, 6 (= Val. 140, 11—27). His ex exemplis plane apparet Epitomatorem, etiamsi plerumque Valerii narrationem fideliter, quantum in epitoma fieri potuit, servaverit, compluribus locis eam mutavisse aut aliquid ei addidisse. Atque cum huius rei in Oi exemplum frustra quaesieris, non sine causa mihi conclusisse videor fieri non posse, ut Z et Oi ab eodem scriptore ex Valerio pleniore sint translatae. —

Hactenus de historia et de ipsa rerum tractatione. Iam ad genus dicendi et sermonis consuetudinem, quae in tribus recensionibus conspiciuntur, transeo. Inquirendum erit, quatenus et Epitomator (Z) et scriptor Oi Valerii genus dicendi secuti sint, quid retinuerint, quid aspernati sint. Alia enim ratione in Valerio excerpendo Z uti, aliam Oi scriptorem in eodem exscribendo sequi etiam ei, qui obiter neglegenterque legerit, manifestum erit.

In universum igitur spectans non quae supra modum sint inepta dices, si contendes Valerii tumidum illud atque inflatum dicendi genus[1]), quod ipsi cum Apuleio atque ex parte etiam cum Minucio Felici commune est neque ab illa, quae nonnullis viris doctis semper in ore est, Africitate[2]) abhorret, apud Epitomatorem plerumque simplicius fieri aut omnino praetermitti. Cui studio ita Z indulsit, ut hic illic ieiunitatem quandam adsecutus videatur. Contra Oi scriptor perraro Valerii verba commutat, atque si id uno alterove loco facit, hae mutationes semper levissimae sunt aut talibus in locis occurrunt, quibus probari possit, textum exemplaris, quo usus est, iam corruptum fuisse. Quod ut probem, haec exempla proferam.

---

[1]) Cf. Geierum, „Zeitschrift f. Altertumswissenschaft 1838", p. 419 et Landgrafium, „Zeitschrift f. d. Oest. Gymnasien 1882", p. 429.

[2]) Etiam Iulius Valerius in scriptorum Africanorum numerum nuper receptus est, cf. Landgrafium l. l. et „Phil. Rundschau 1881", p. 126.

I. Epitomator Valerii verba simpliciora reddit. Val. 46, 21—24 Alexander Tyriis scribit: „At enim vos primi omnium exstitistis, qui mihi insolentius obviaretis. Igitur per vos ceteris etiam magisterium procurabitur“, quae vertit epitoma 18, 9—11: „Sed cum vos primi omnium extitistis, qui meis iussis insolentius obviaretis, terribile exemplum aliis praebebitis“. Quod exemplum est aptissimum ad illustrandam rationem, quam in epitoma conficienda noster secutus est. Videmus enim iisdem fere verbis, quae sunt Valerii, eum usum esse, sed minutis in rebus haud leviter sermonem immutasse. Nam non modo impeditum illud membrum et obscurum „Igitur per vos ceteris etiam magisterium procurabitur“ simplicius reddere conatus est, sed etiam „aliis“ pro „ceteris“ ad grammaticam artem haud dubie spectans posuit, atque „at enim“ in „sed cum“ mutavit, ut totam sententiam una periodo complecteretur. Denique animadvertas velim Epitomatorem „meis iussis“ pro „mihi“ substituere. Quae cum ita sint, persuasum habeo Epitomatorem exemplar suum hoc loco de industria correxisse. — Val. 94, 9—10 legimus: „Unus quippe ex convivantibus, cui vocabulum Pasarges erat“, quae verba vitato archaismo ita convertit Epitomator (32, 12): „Unus quippe ex convivantibus, Pasarges nomine“. — Val. 20, 12 sqq. leguntur haec: „Sed Alexander quintum et decimum ingressus annum explorato temporis opportuno, cum veniam a paternis auribus praepignerato osculo impetrasset, precario petit, ut sibi Pisas apud Olympia certaturo iter largiretur“, quae Epitomator reddit (12, 20 sqq.): „Sed enim Alexander quintum decimum agens annum petiit, ut sibi Pisas adire liceret gratia quadrigis certandi“. — Val. 68, 27 sqq.: „Si igitur declinando huic experimento consulitis, decem oratores vestros ad me deduci patiemini. Hoc enim modo reliquorum urbisque vestrae habebitur ratio“, pro quibus Epitomator scribit (24, 27 sqq.): „Si vero huic experimento declinando consulitis, decem oratores vestros ad me deduci sinite; hoc enim modo saevitiam nostram mansuescere poteritis“. Plura exempla congerere supersedeo.

Scriptorem Oi duobus tantum locis verba Valerii gravius immutantem deprehendi; verba in medio ponam, ut legentes ipsi iudicent, quam longe ab exemplis ex epitoma allatis discrepent. Val. 156, 12/13 Aristoteles epistolam ad Alexandrum missam sic incipit: „Per mihi difficile est eligere"; in Oi haec verba reperiuntur (pag. 49, add. 13): „Perdifficile mihi est eligere". Ibid. vers. 22 legimus: „Ex quibus colligere admodum facile est, ambigendum utrumne te prudentiae viribus an tolerantia(e) fortitudinis(que) magis praedicem", quibus verbis respondent in Oi: „Ex quibus colligere difficillimum utrumne e. q. s." [1])

II. Sunt in epitoma loci haud pauci, quibus Epitomator quibusdam Valerii ipsius verbis omissis aut commutatis exemplaris uberioris constructionem male retinuit. Quo in genere Oi scriptor semel,[2]) si quid video, peccavit: p. 30 add. 2 (= Val. 86, 27) ubi „ut" particula, cui in structura ab Oi usurpata nullus est locus, ex Valerio assumpta est.[3]) Sint pro exemplo ex epitoma haec: „Enim" 3, 10 (= Val. 3, 9); „quin" 3, 21 (= Val. 3, 23); „artis eiusdem" 29, 9 (= Val. 84, 27); „crureque" 14, 9 (= Val. 24, 12); „et" 13, 14 (= Val. 22, 9). Conferas etiam 30, 13—15: „Quae profecto fierent nisi tecum fortuna magis quam mecum stetisset. His Alexander auditis promissi et audaciae laudatum ad propria redire concessit" cum Valerii verbis: „Quae profecto haud dubie fierent, ni tecum fortuna potius quam mecum stetisset. His auditis Alexander multis suorum praesentibus iterare eum iubet sermonem promissi et audaciae, laudatum denique fidei ac fortitudinis ad suos ire iubet" (Val. 87, 27 sqq.).

[1]) Annotandum est eum Valerii codicem, quem plerumque cum exemplari ab scriba Oi adhibito consentire videbimus, Parisinum dico, exhibere: „Ex quibus colligere possumus admodum facile est ambigendum". Itaque persuasum habeo Oi scriptorem hunc locum iam corruptum legisse et necessario correxisse.

[2]) Haud raro Oi scriptor inserendo epitomae additamenta, cum ante oculos epitomam et Valerium pleniorem habuerit, duas constructiones, ut mihi videtur, inter se commiscuit et confudit. De hac quaestione fusius accuratiusque infra agam.

[3]) Cf. Adn. crit. ad hunc locum et ad 50 add. 14.

III. Pro verbis obsoletis et inusitatis Epitomator plerumque substituit usitatiora, quod, ut diximus, non fecit Oi. Exempla haec habeto: pro „annum adpellens" (Val. 14, 15) Epitomator habet „annum agens" (10, 17); pro „magisterium" (Val. 46, 23) „exemplum" (18, 10); pro „secundare" (Val. 85, 1) „prodesse" (29, 10); pro „donicum" (Val. 78, 14; 103, 26) „donec" (27, 8; 35, 4). Atque verba „indidem" et „absque", quae epitomator vitavit „inde" pro „indidem" et pro „non absque discrimine" „graviter" scribens, in Oi ex Valerio assumpta inveniuntur. Epitomator enim quaedam verba de industria evitasse videtur; velut „demirari" (Val. 16, 7; 82, 19) in „admirari" correxit (11, 26; 28, 15), et pro „facessere", quod verbum in deliciis habet Valerius ipse (quatuordecies apud eum occurrit), semper aliud verbum posuit. Velut 7, 28 pro „facessit" (Val. 9, 29) „discedit" ponit [1]); 21, 14 „fugam capessunt" pro „fuga facessunt" (Val. 54, 17) dicit; idem 28, 9 et 23, 5 (= Val. 82, 5 et 63, 9) pro „facessere" verbo „quiescere" utitur. In Oi vero verbum „facessere" bis invenitur ex Valerio assumptum p. 3 (add.) et 42, 2 (add.) (= Val. 3, 18 et 122, 27). [2])

Addam sermonis quasdam discrepantias inter Z et Oi, extantes, quae quamvis tenues videantur, nihili tamen non sunt, quippe quae duorum scriptorum, scilicet Epitomatoris Z atque Oi scriptoris ingenium rationemque in pleniore luce ponant. Atque primum quidem quomodo uterque scriptor enuntiata inter se conglutinet, velim inspicias: Epitomator, quoad potuit, particulas immutavit, scriptor Oi quas potuit non mutatas recepit. Quam ad rem illustrandam comparemus quosvis locos ex Valerio sumptos, alterum cum Oi, alterum cum Z. Inter Val. 119, 20—123, 11 igitur et Oi 39 add. 1 — 42, 9 in particulis usurpandis inveniuntur discrepantiae hae: [3])

[1]) Annotandum est Sergium personatum (Keil, Gram. Lat. IV, 557) verbum „facessere" per „discedere" explanavisse.

[2]) Sed Epitomator non semper verba obsoleta respuit; nam „repedare" et „cluere" e Valerio recepit. Quin etiam uno loco (43, 5) „ast" particula, quae nusquam apud Valerium ipsum obvia est, pro usitatiore „at" usus videtur.

[3]) Eos tantum affero locos, quibus in Valerio ipso eadem est structura atque in compendio.

Val.	Oi.
120, 18 ergo	40, 12 *om.*
120, 25 an	40, 15 quam [1]
121, 4 ex alio	40, 17 etiam
121, 8 et id addit	40, 21 addit etiam
122, 15 enim	41, 25 enimvero.

Inter Val. 24, 22—28, 12 et epitomam 14, 12—16, 12, quibus in locis eaedem res narrantur, hae:

Val.	Z.
24, 22 enim qui	14, 12 qui autem
25, 11 At ego tibi	14, 20 iam tibi
25, 15 his dictis	14, 21 et his dictis
25, 18 etenim ipsa quamvis	14, 23/24 quamvis enim ipsa
25, 24 tum	14, 27 et
26, 1 igitur	15, 1 igitur *om.*
26, 9 at his ferme diebus	15, 5 at *om.*
26, 17 sed enim cum	15, 11 dum igitur
27, 1 tum igitur	15, 19 igitur
27, 12 igitur cum vicina rursus	15, 23 interea dum rursus vicina
27, 21 cuius adeo	16, 2 cuius iam
28, 7 eumque cum	16, 9 cumque eum.

Ex his exemplis satis luculenter perspicitur Z et Oi inter se prorsus esse diversos.

In enuntiatis ipsis Epitomator (Z) persaepe pro verbis a Valerio usurpatis alia, quae idem significant, substituit hoc unum, puto, spectans, ut aliquid immutaret. Cuius rei, quamquam in quavis fere pagina conspicitur, pauca affero exempla:

Val.	Epit.
3, 1 refert	3, 5 ait
6, 16 professus est	5, 24 respondit
15, 22 videram	11, 17 cognovi
19, 14 adpellebat	12, 6 agebat
19, 18 appellatus est	12, 9 dictus est
48, 23 non potest	19, 19 nequit

[1]) Cf. Adn. crit. et Corrigenda.

Val.		Epit.	
ibid.	indulget	ibid.	minatur
68, 28	patiemini	24, 28	sinite
78, 14	distulerim	27, 8	cohibebo
94, 10	receptus	32, 13	susceptus
9, 5	usurpasset	7, 17	hausit.

In Oi inserta sunt: 27 add. 1 *extitimus* (cf. Val. 74, 10) 41 add. 27 *constare* (in loco perdifficili, cf. Val. 122, 20) 52 add. 5 *forent* (cf. Val. 159, 26); praeterea 35 add. 8 *amplexans* legimus, cum in Valerio (104, 10) sit *amplexabundus* et 38 add. 14 *steterant*, cum in Valerio 116, 14 sit *institerant*. Non respicio 52 add. 8 ubi *sensimus* additum videtur (cf. Val. 160, 4) et 49 add. 4 ubi *instituit* legitur pro *inde praevertit* (Val. 155, 12); nam mutilum aut corruptum fuisse archetypam quivis videt. —

Verborum aut tempora aut modos persaepe immutat Epitomator, raro scriptor Oi; exempla ipse unaquaque ex pagina sumas.

Postremum Epitomatoris quasi proprium est verborum quem apud Valerium invenerat ordinem invertere. Cui studio Z ita indulsit, ut toto in opusculo maioris ambitus locos vix inveneris, in quibus ordo verborum in epitoma idem atque in Valerio sit, uno excepto 42, 2—13 (= Val. 136, 26—137, 12), ubi munera Alexandro a Candace regina data enumerantur; semel tantum ordo hic turbatur.

Hactenus de rebus singulis. Restat ut de additamentis codicis Oxoniensis in universum disseram. Quod ita faciam, ut primum pauca de additamentis ex primo Valerii libro petitis proferam; neutram enim in partem ex his additamentis multum lucramur. Deinde ad libri tertii additamenta accedam, ubi res, mea sententia, est simplex; facile enim probatur Valerium et Oi et Z ita, ut ego posui, inter se cohaerere. Postremum libri secundi fragmenta persequar, quia illo in libro res paulo difficilior est.

Partes, quas in libro primo O solus habet, ut ex nostra editione facile perspicitur, inveniuntur in paginis his: 1, 2, 3 (= Val. 3), 8 (= Val. 11), 18 (= Val. 45), 22 (= Val. 59). De primo quidem loco alteroque nihil dicere possumus, quod

hic Valerius plenior aetatem non tulit. Quod vero ad reliquas partes attinet, primo obtutu videmus illas ad verbum cum Valerio uberiore congruere.[1] Atque ex omnibus his locis concedo ad Meyeri opinionem refellendam aut ad nostram stabiliendam non multum sumi posse. Pro certo enim, ne fumum vendere videar, de his quidem locis saltem nihil affirmo. Hoc unum animadvertas velim tota in epitoma praeter illam Candacis munerum enumerationem, quae in libro tertio (p. 42) legitur, ne unum quidem te invenire locum, qui ad verbum cum Valerio consentiat, tanti ambitus, quanti est ille in O p. 22 (= Val. 59). Quod iam suspicionem movet, hanc saltem partem non ab eodem scriptore, qui Z confecerit, ex Valerio esse excerptam. Accedit quod et in eis, quae hunc locum antecedunt, et in eis, quae eum sequuntur, multa in Z pro libidine mutata sunt.[2] Neque mihi probabile videretur Epitomatorem Z, cum totum fere exscripsisset codicem O, hunc unum locum, quo res gravissimae narrantur, omisisse, praesertim cum in praecedentibus omnia, quae ad Olympiadem pertinent, fusius et accuratius tractata sint. At dixerit quispiam, si Epitomator in epitoma ex Valerio conficienda hanc narrationem praetermittere potuit, non esse, cur non idem facere posset, si epitomam, ut vult Meyer, ex O composuisset. Audio. Sed aliud est, si in Valerio excerpendo, aliud si in O exscribendo hunc locum omisit, quoniam hic perpauca essent, illic vero complura sunt praetermissa. Mihi certe multo probabilius esse videtur eum librarium, qui epitomam transcripserit, hunc locum ex ipso Valerio, cuius exemplar inter manus habebat, sicut cetera libri primi additamenta accessionum instar margini adscripsisse — unde postea in textum inrepserunt — quam Epitomatorem, qui totum O recepisset, hunc locum transcribere noluisse. Nam quod Epitomator in Valerio uberiore expilando hanc

---

[1]) Discrepantiae „is" (8) „his" (Val. 11) et „inde" (22) „his dictis" (Val. 59) nihili sunt.

[2]) Cf. epit. Cap. 42 cum Val. Cap. 45 et epit. Cap. 46 cum Val. Cap. 51.

narrationem, quae nusquam alibi reperitur,[1]) silentio praeteriit, non est cur mireris, praesertim cum duorum capitum hunc locum in Valerio praecedentium et trium eum sequentium ne vestigia quidem in epitoma inveniantur. Haec quidem de libro primo. Ad singula verba, quibus codex O ab epitoma recedens cum Valerio facit, infra revertar.

Transeo iam ad librum tertium. Quo in libro familiaritas et ratio, quae inter tres recensiones intercedit, in pleniore luce poni et nostra opinio luculenter probari potest. Quare ex eo paucos locos, exscribere non alienum videtur.

Val. 118, 1 sqq.	Z (et O) p. 39, 7 sqq.
Hac igitur adrogantiae spe cum dies pariter et locus proelio constitisset fieretque pugna regalis, primitus quidem anceps diu fortuna bellantibus videbatur, non minus Alexandro tempus incursandi rimante, quam Poro locum vulneris declinante. Sed cum forte apud Indos ex quadam repentina conversione Pori strepitus et conclamatio exstitisset, avertissetque os, quo causam Porus illius strepitus cognovisset, involat Alexander atque eius inguina telo eminus transfigit eumque prosternit. Hac indignatione Indi excitati in arma prosiliunt instaurantque id proelium, quod absque vulgi periculo pactum inter reges erat. Enimvero Alexander saepe iam Indicam vim expertus non facilem rei bellicae manu silentium	Igitur cum dies pariter et locus proelio institisset, fieretque pugna regalis diu anceps, Alexandro scilicet locum vulneris rimante et Poro id ipsum declinante, tandem Porus ex quadam repentina tumultuatione suorum conversus, ut videret, quidnam id esset, protinus Alexander eius inguina gladio transfodit eumque prostravit. Quo viso Indi mox in Alexandrum insurgere conabantur. At ipse, manu silentium poscens, tumultum repressit atque ita fatur: „Quid hactenus inter duos reges actitatum est, nisi ut, vobis nostrisque incolumitate ac sospitate fruentibus, dum unus nostrum occumberet, alter fieret in regno successor? At, si nunc arma magis quam pacem desideratis, nequaquam nos in-

[1]) Cf. Klugium, De Itinerario Alexandri Magni, Diss. Inaug. Vratislaviae 1861, p. 22.

quaerit et ab hoste patientiam petit paulisperque patientibus in hunc modum loquitur: „Non equidem video causas, o Indi, tam inconsulti huiusce discriminis vestri, cum nihil egerit aliud nostra inter nos proeliatio, quam uti vestro commodo consultaret. Igitur cum omnis militantium vis ei ostentationi proficiat, si teste imperatore suo, quod singulis sit devoti animi, monstraverint, quid hoc rei est, quod incassum discrimina vestra profunditis, Pori iam testimonio facessente?"

Ad haec dicta cum Indi se nolle Graecis fieri captivos dominumque Alexandrum pati vulgi murmure testarentur, secundo etiam sermone Alexander monet, solverent hunc cordis sui metum exspectationemque curarum eiusmobi abicerent atque secluderent, et fidem rati dat iureiurando. Neque enim sibi libidinem talem aut desiderium unquam Indici imperii adstitisse, sed enim omnem illam causam proelii hanc fuisse, si experimento ipso fortitudinis suae gentes quoque ceterae didicissent, amicitiam suam singulos magis quam vehementiam experiri convenire. Igitur irent quisque securus in sua nec ultra quicquam de victorum insolentia paratos ad haec offendetis. Sed eque nhoc vobis leve videbitur, sicut etiam prioribus experimentis meminisse potestis!" His dictis adquievit omnis vis Indorum, seseque Alexandro subdiderunt.

trepidarent, cum illa quoque causa ab indignatione victoris sese utique tueretur, quod plerique soleant in ultionem prioris contumeliae insequi superatos. Non Indos enim culpae illius reos apud se fuisse, verum Porum, qui sat sibi poenarum, quae lex belli, monuit, praestitisset. „Sed ne ipsi quidem ultra iam hostis sum“, ait. „Quin etiam hortor moneoque vos, uti regem, ut fas exigit et vobis moris est, sepulturae inferatis“. Ad haec dicta Alexandri non cunctanter quidem adquieverat vis Indorum. Sed enim Alexandro non absque utili sapientia haec humanitas sederat, cum et vim Indicam saepe expertus foret et pleraque praedae eorum, quae secum plurima gentis suae more Indi ad proelium vehunt, in suam potestatem sciret esse translapsa.

Quare domitis hostibus avectaque praeda ad Oxydracontas, quae gens exim colit, iter suum dirigit, non illam quidem gentem ut hosticam incursaturus — neque enim illis studia sunt armorum —, sed quod celebre esset Indos, quos gymnosophistas appellant, hisce in partibus versari, opum quidem omnium et cuiusque pretii neglegentes, solis vero diversoriis

O *(solus)*.

Quare dimotis hostibus avectaque praeda ad Oxydracontas

iter suum dirigit, non illam quidem gentem ut hosticam incursaturus — neque enim illis studia sunt armorum —, sed quod celebre esset Indos, quos gymnosophistas appellant, hisce in partibus versari, opum quidem omnium et cuiusque pretii neglegentes, solis vero diversoriis

patientissimi, quae humi manu exhauriunt aditibus perangusta, enimvero subter capacius spatiata, quod id genus aedium neque pretii scilicet indigens et ad flagrantiam solis aestivi apricius habebatur. Ii igitur cum comperissent Alexandrum ad sese contendere, primates suos, quos scilicet a sapientiae modo censent, obviare adventanti iubent cum litteris huiuscemodi: „Gymnosophistae Bragmanes Alexandro homini dicunt. Si tendis ad nos proeliaturus, uti[que] tibi propositum est, quod nobis adferas, habes, porro quod auferas, nihil. Sin veró venis (venies Vp), ut discas, quae a nobis scilicet sciri queant, nulla est invidentia. Etenim non arbitramur inter hasce scientias nostras causam discordiae positam, cum tibi amica res proelium, nobis vero philosophia noscatur". His lectis Alexander pacificum iter agere decrevit; videtque homines reliqua nudos, sed amictu simplici superiectos, diversantesque his aedibus seu speluncis, quarum relatio supra est. Eorum filii coniugesque pascendis pecudibus occupabantur.	patientissimi, quae humi manu exhauriunt aditibus perangusta, enimvero subter capacibus spatiata. Igitur cum comperirent Alexandrum ad sese contendere, primates suos obviare adventanti iubent cum litteris huiuscemodi: Gymnosophistae Alexandro homini dicunt. Si tendis ad nos proeliaturus, uti tibi propositum est, quid nobis adferas, habes, porro quod auferas, nihil. Sin vero venies, ut discas, quae a nobis scilicet sciri queant, nulla est invidentia. Etenim non arbitramur inter hasce scientias nostras causam discordiae positam, cum tibi amica res proelium, nobis vero philosophia noscatur. His lectis Alexander pacificum iter agere decrevit, videtque homines reliqua nudos, sed amictu simplici superiecto.

Nolo plura transcribere. Si cui haec non sufficere videantur, conferat locos hos: Val. 151, 22—160, 13 cum Oi 46, 1—52, 15 et Val. 161, 28—163, 19 cum epit. Z. 49, 1—52, 3: profecto unicuique has libri tertii partes, quae in codice O

solo exstant, obiter perlegenti ac mediocriter cum Valerii textu et cum epitomae Z ratione naturaque contendenti manifestum erit, epitomae consilium toto caelo ab illo, quod in Oi conspicitur, distare. Ubique enim in oculos incurrit Epitomatoris Z puerilis affectatio, qua verba Valerii immutare et quasi suo ore loqui contendit. Cui studio inscitia tantum et properantis stili velocitas modum faciunt. Paucis enim locis exceptis, ubi quae a Valerio sumpserat proprio ingenio quasi insignita referre ei contigit,[1]) in universum de Epitomatoris laboribus in Valerio positis male existimo. Contra scriptor Oi nihil tale sibi adsumpsit; exemplaris enim vestigia a paragrapho ad paragraphum, a capite ad caput mira religione pressit, saepius quibusdam verbis omissis, hic illic aliqua re minoris momenti mutata, iisdem verbis fere semper usus. Fieri igitur non potest, ut nos eundem scriptorem eas partes, quas cum O communes habet Z, composuisse et eas, quae Oi solus exhibet, transcripsisse credamus, quod credere nos iubet Paulus Meyer. Apparet, opinor, has tertii libri partes, quas Oi solus habet, ab alio viro additas esse. An tu putas eundem epitomatorem, cum totum fere Valerium in brevius contraxisset, sub finem opusculi subito et sine idonea causa ex eodem tot capita tantum non ad verbum recepisse? Neque minus iure mirareris, si Z ex O manavisset, epitomatorem Z illos locos, quibus O maxime ab Valerio recedit, tam fideliter et sine ulla mutatione conservavisse, illos contra, quibus O se artissime ad Valerium ipsum applicat, omnes silentio praeteriisse. Sed si re vera in tertio libro eam inter has tres recensiones intercedere rationem evicimus, quam stemmate nostro indicavimus, actum est etiam de prioribus partibus. Nam fieri non potest, ut in alia opusculi parte alia ratio intercedat. —

Verum enim vero cum ex hoc ipso libro Paulus Meyer locum protulerit (Valerii 116, 23—117, 9 cf. nostr. edit. p. 37 et 38), quo exscripto rem nos tenere clamat, subsistamus, ne celerius cupidiusque tanti viri auctoritatem respuisse videamur.

[1]) Conferas, si tanti est, Val. p. 161, 26—163, 20 cum epit. 48, 1—52, 3 aut Val. 62, 19—64, 7 cum epit. 22, 20—23, 7, ubi vel aptiorem Epitomatoris narrationem equidem dixerim quam ipsius Valerii.

Nam qui ea tantum, quae exscripsit Meyer, legerit, non dubito, quin a partibus eius staturus sit. Sed si ea quoque, quae praecedunt et sequuntur, diligentius examinaveris, rem aliter se habere perspicies. Ea enim quae ipsius pugnae descriptionem praecedunt (Val. 115, 19—116, 23; Oi 37 add. 1—38, 19), paucis praetermissis ad verbum Oi ex Valerio transcripsit. Quae inveniuntur differentiae (V: illos pori numeros; Oi: illorum per multitudinem[1]) — V: bestias memoratas; Oi: memoratas bestias — V: enimvero; Oi: at vero — V: id ubi factum est; Oi: sed — V: institerant; Oi: steterant) minoris certe momenti sunt, quam quas inter Valerium et Z epitomam intercedere videmus. Accedit quod Valerium fusius transcribit Oi, quam Z facere solet, neque tumidum illud et inflatum genus dicendi repudiat: „impetu belli complexu et morsibus adfectarent; mox sauciae debilesque aut protinus cadere aut refugere coepere, omnino nullum auxilii ullius emolumentum dominis adferentes“ (Val. 116, 17—20 = Oi 38, 15—18 add.).

Quibus rebus animadversis illas partes, quae hunc locum praecedunt in Valerio et epitoma Z consideremus, scilicet Val. 114, 8—115, 9 et Z 37, 6—16.

Val.:	Z.:
„His litteris publice recitatis Alexander ait: Nunc quoque vos moneo, sanctissimi milites, ne quid rursum magnificentia ista barbarica animos vestros inconsultius turbet. Auditis enim litteris Pori revocate illam quoque litterarum Darii memoriam, videteque, num adrogantia dispar, num dissimilia verba aut sit dissimilis imprudentia — — ipse quoque Pori litteris responsurus in hanc sententiam scribit“.	„His Pori litteris Alexander coram suis recitatis primum hortatur, ne temeritate verborum conturbarentur, reminiscentes Darii crebram iactantiam huic non esse imparem. Deinde ad Porum scribit talia“.

[1]) Hoc facile explicatur, si reputas Valerii codicem Parisinum, cuius gemello usus est Oi, verba corrupta „illos per innumeros“ praebere.

In ipsa quidem epistola exemplaris verba fidelius retenta sunt; sed perpende haec:

„Fateor enim nihil esse Graecis eiusmodi [1]), quorum vos divitiis gloriamini, atque idcirco indigentes meliorum a vobis petere necessaria."	„Fateor enim nihil esse Graecis harum divitiarum, quibus vos affluentes gloriamini, ideoque indigentes a vobis petere sibi necessaria."

His exemplis diligentius perpensis neminem fore confido, qui perseveret partes Z et Oi ab eodem scriptore confectas esse. Sed etiam ex ipso illo loco, quem Paulus Meyer attulit, elucet partem Oi esse superadditam, Z vero esse priorem. Supremam enim illius partis sententiam, quam Meyer exscripsit, perlustra (Val. 117, 6 epit. 38, 7):

Val.: „Atque ita receptis suis et proelio dissoluto viginti ferme dies indutiis dantur, quibus utrimque sepeliendis exurendisque his, qui apud alteros proelio desiderati fuerant, institere".	O: „Atque ita suis receptis et proelio dissoluto datur utrimque spatium viginti dierum vel sanandi eos, qui vulnerati, aut sepeliendis exurendisque his, qui proelio desiderati fuerant".	Z: „Atque ita suis receptis datur utrimque spatium viginti dierum vel sanandi eos, qui vulnerati, aut sepeliendi eos, qui mortui fuerant".

Nonne probabile videtur O esse confectum a scriba, qui et Valerium ipsum et epitomam Z ante oculos habuerit, quique neglegenter duas constructiones, alteram, qua vocabulum spatii cum genitivo gerundii iungitur, ex Z, alteram, qua dativum gerundivi regit, ex Valerio repetierit et miscuerit?

Duo eiusdem rei indicia, nisi fallor, liber secundus, ad quem iam venimus, praebet. Verba ipsa afferam:

Val. 104:	Oi: 35 (add.).	Z: 35.
„Sed ad haec Darius exsangui iam corpore cum voce etiam	„Sed ad haec Darius exsangui iam corpore cum voce utique	„Iamque Darius exsangui corpore cum utique voce deficeret,

[1]) Attende quemadmodum epitomator verborum structuram parum perspicuam „nihil eiusmodi, quorum divitiis" correxerit, quod ab Oi consuetudine longe abhorret.

ad primum impetum deficeretur, manus".	iam deficeret, manus".	manus".

„Iam" vocabuli iteratio hand scio an indicio sit Oi scriptorem et Valerio et epitoma Z usum esse.

Val. 93:	O 32.	Z 32.
„Quod ubi a ministris regi est indicatum, incertum id damnumne an contumeliam ratus insurgensque Darius ‚Ecquid', inquit".	„Quod cum Dario a ministris indicaretur, prosiliens ille furore plenus ratus id damnum ad contumeliam fieri: ‚Quid', inquit".	„Quod cum Dario a ministris indicaretur, prosiliens ille furore plenus, ‚Quid', inquit".

De furore regis nihil dicit Valerius, atque hanc rem facilius a Z quam ab O fictam credemus. O nihil fecit, nisi quod, ut causam furoris adderet, leviter immutata verba Valerii „ratus id damnum ad contumeliam fieri" interposuit. Fortasse iam in codice Valerii non *an* sed *ad* invenerat.

Addo primi libri locum corruptissimum, quem tamen quomodo Epitomator legerit, haud facile dixeris:

Val. 11, 10 (e codd. Vp Vt).	O.	Z 9, 4.
servile quiddam (quidam Vt) captivumque potentum natum iri.	servile quiddam captivumque portentum natum iri.	servile quiddam (M β Zacheri HBR, servilem quidem Sα Zacheri LADE) captivumque illum (illud Zacheri B) futurum.

Nihil equidem hoc ex loco collegerim. Neque enim desunt loci, quos si e nexu suo solvas, non minus Meyeri quam meae opinioni favere dixeris. Exempla ipse afferam:

Val.	O.	Z.
44, 4: „iuniorem sesonchosim praedicantes".	17, 23: „secundum sesonchosim praedicantes".	17, 23: „secundum sesonchosin venisse dicentes" (deest M).
104, 5: „sed id Alexandro ultra opiniones omnium flebile et luctuosum admodum fuit".	35 add. 7—9 „quod illi ultra opinionem omnium flebile et luctuosum fuit".	37, 7—8: „quod illi ultra opinionem luctuosum fuit".

Val.	O.	Z.
164, 2: Igitur rex mox lectulo datur ac diebus compluscculis cum illa pernicie conluctatus tandem causam eiusdem periculi esse ab Antipatro cognovit".	52 add. 16—17 „Quo ille hausto mox lectulo datur, ac diebus compluscculis cum illa pernicie conluctatus tandem intellexit (que erasum) se moriturum".[1])	52, 10—11, „Quo ille hausto mox lectulo datur, intellexitque se moriturum".
93, 13: „rexque accubuit ceterique secundum ordinem dignitatis, ut illis mos erat, discubuere".	31 add. 4—5: „rexque accubuit, ceterique secundum ordinem dignitatis, ut illis mos erat,discubuere".	31,23: rexque accubuit ceterique iuxta quod eis mos erat.

Profecto, si ex his tantum partibus iudicium nostrum penderet, ego viro egregio vix essem oblocutus; cum autem illis ex locis, quos supra tractavimus, satis perspiciatur, quemadmodum prolixiores sententias modo ex Valerio modo ex epitoma Z repetierit scriptor Oi, etiam in brevibus enuntiatis eum has duas recensiones miscere non mirabimur. —

Haec quidem de ratione, quae inter codicem O et Valerium et epitomam Z intercedit, dicenda erant. Reliquum est, ut de auctoritate codicis pauca addam. Atque de ea quidem parte, quam Oi sigla significavi, sufficient fere, quae in notis editioni meae adiectis protuli. Usus est Oi codice perbono, qui cum Parisino illo, quem littera P Kueblerus, Vp nos significavimus, artissime cohaeret; conferas exempli gratia additamenta editionis nostrae: 40, 1 *ii* omissum est ab Oi et Vp; 41, 15 *etiam* om. ab Oi et Vp; 45, 1 *tam trepide* om. ab Oi et Vp; 49, 11 *et sacrificia .... persequeretur* om. ab Oi et Vp; praeterea 39, 2 *dimotis*; 40, 6 *venies*; 48, 4 *superque*; 50, 15 *multaque*. Rarius certe Oi facit cum Ambrosiano (nobis Va);

---

[1]) Sed vereor ne „que" particula post „intellexit" erasa certum sit indicium, hic quoque interpolatorem initio ea, quae ex Valerio assumpserat, cum Epitomae verbis male coniunxisse. Rem, ne cupidius talia me arripere dicas, in medio relinquo.

utroque tamen codice melior est, conferas e. g. 29, 2 *cuiquam*; 29, 3 *incunctantius*; 40, 4 *uti*; 50, 4 *quae in principiis egerimus ad Asiaticam usque expeditionem*; 50, 12 *nominis*; 52, 9 *e materia*; 52, 10 *viati*. Habuit Oi, quae desunt in Vp, non habuit, quae aliunde in illum intrusa sunt, multisque corruptelis unus affert lucem. — In edendis Oi verbis hac sum usus temperatione, ut ipsius scribae menda aperta in textum, qui dicitur, non reciperem. Nam scribam codicis O non ipsum hanc recensionem confecisse ipsius libri nitidus docet aspectus; transcripsit eam de exemplari, quod certe plura exhibuit eius laboris vestigia, quo ortam atque compositam esse hanc recensionem supra docui (cf. notam nostram ad p. 37 add. 3). Illud igitur quasi refingere conabor.

Difficilius sane est de ea parte iudicium ferre, quae libro Oxoniensi cum ceteris epitomae codicibus communis est, hoc est dicere, quantum conferat ad verba epitomae Z recte constituenda codex Oxoniensis. Minime tamen neglegendum hoc mihi videbatur. Nam si recte Paulus Meyer hunc codicem medium inter Valerium et epitomam locum tenere statuisset, etiam variis, quas dicunt, lectionibus hoc probari necesse esset, licet epitomae scriptorem non ipso codice O, sed eius gemello usum esse fingas. Sed cum pauci huius epitomae libri hucusque inspecti essent, ut ipse aliquid adderem, nova auxilia circumspexi. Missis igitur Zacheri copiis quinque adhibui libros, quibus adiutus epitomae verba ederem. Quod feceram iam, cum Bruno Keil, praeceptor illustrissimus, ipsius Valerii fragmentum Gottingense mihi monstravit, cuius lectiones ita verbis epitomae respondere intellegebam, ut fere imaginem illius codicis, quo usus est Epitomator, ante oculos habere mihi viderer. Sed de fragmento Gottingensi (nobis Vg) plura in epimetro docebimus; iam eos, quos ad epitomam edendam adhibui codices enumerabo:

1. Codicem Stuttgartensem Fol. 400 — littera S signavi — membranaceum, magnitudinis 22×9 cm, saeculo X vel XI scriptum.[1]) Continet inter alia foliis 15r—33v (sed folii 33

[1]) Cf. Heyd, Die historischen Handschriften der Königlichen öffentlichen Bibliothek zu St. I. p. 177.

pars versa legi nequit) epitomam Zacherianam ab initio usque ad p. 31, 12; desinit (fol. 32r) in verbis „exercitus sui causa“. Scriptura uno aut altero loco ita est oblitterata, ut difficilis sit lectu. Contuli codicem, qui singulari benignitate eius, qui bibliothecae Stuttgartensi moderatur, Argentoratum transmissus est, quam diligentissime; collationem meam examinavit benignissime et benevolentissime ad codicis fidem exegit Ricardus Reitzenstein.

2. Codicem Mettensem 297 — M dixi — membranaceum, magnitudinis 26 × 16 cm, saeculi XII foliorum 202.[1]) Epitoma Zacheriana paginis 189v—196r continetur. Codicem Metta benigne Argentoratum transmissum diligentissime contuli.

3. et 4. Duos codices in Museo Britannico asservatos, Burneanum 280—α dixi — saeculi XIV et Burneanum 12, IV, C—β dixi — saeculi XIII. Quos codices ipse in Museo Britannico cum editione Zacheri contuli.

5. Codicem Laudensem, in bibliotheca Bodleiana asservatum, saec. XIII (?), cuius una cum illis codicis O quinque phototypis alteros quinque accepi (sunt fol. 173r, 178r, 182r, 182v, 185r) nonnullosque locos ipse in bibliotheca Bodleiana inspexi.

Iam de auctoritate et indole horum librorum pauca proferam; agmen ducat, ut par est, codex vetustissimus S. Hic ab indocto scriba neglegenter exaratus correcturis scatet, sed omnes epitomae codices, quos quidem noverim, auctoritate facile vincit. Conferas in nostra editione locos: 3, 3 *praescientiam* (SV); 4, 6 *genituram* (SV *genituramque* ceteri); 4, 22 *videt* (SV *vidit* ceteri); 8, 17 *arcessiri* (SV *accersiri* ceteri); 12, 6 *cum* (SV *dum* ceteri); 14, 16 *avertit* (SV *averterit* ceteri); 4, 23 *uteri*; 11, 1 *possumusne*; 29, 20 *poenas* (SV *poena* ceteri). Etiam plus tribuo locis, quales sunt 1, 12 *supernatare* ex *supernare* corr.; 4, 14 *quaerit* ex *quaeritat* corr.; 6, 8 *veluti alarum plausu* supra lineam add.; 7, 20 *ad lubentiam sui* supra lin.; 7, 26 *clementius* supra lin.;

[1]) Cf. „Catalogue général des Manuscrits des bibl. publ. des Départements. Tome V, Paris 1897“ p. 129 sqq.

10, 18 *semper* in marg. additum. Zacheri copias si respicio, videre iam mihi videor eius codicis quasi imaginem, cuius in margine primum adscripta erant additamenta et correcturae ex ipso Valerio petitae, quas recentiores scribae aut omnes aut partem in epitomam receperunt.

Proximum tenet locum codex M, etsi scriba haud indoctus saepius coniecturis indulsit aut verba mutavit; sint pro exemplo 1, 8 *aulae regiae secreta*; 1, 18 *hac*; 2, 12 *astrologum se professus est*; 32, 24 *alveum*; 32, 28 *indicavit*; 25, 17 *qui*; 24, 6 *factum*; 24, 19 *diffidimus*; 23, 5 *hoc carmine*; 4, 12 *somniavero*. Verborum ordinem haud raro mutat (cf. 3, 17. 18; 9, 1), nonnulla omittit (e. g. 3, 3; 3, 6; 5, 17. 18; 33, 6. 7). Sed cum codice S aliqua ratione cohaerere videtur (cf. 1, 12; 32, 28; 29, 13) neque non interdum cum O facit (cf. 1, 8; 20, 4; 29, 13; confer etiam ea, quae ad 30, 16 adnotavimus). Hic illic rectam solus lectionem servavit, ut 11, 12 *conquerendum*; 15, 10 *diligenterque* alia. Itaque minime spernendus, quin etiam in secunda parte, ubi S deficit et epitoma a Valerio longius recedit, haud raro quem sequaris dignus esse videtur.

Codex α ad verba epitomae constituenda non multum confert, nisi quod doctus scriba propria nomina plerumque recte restituit. Multa certe futili mutandi studio debentur, velut 2, 22 *usus es*; 29, 7 *non expiabilis*; 22, 3 *cacumine*; 36, 12 *qui*, multa gravibus erroribus, velut 16, 20 *calavit*, 13, 12 *assumpsit*. Nonnulla, quae solus recte tradit, coniectura eum assecutum dixeris, velut 19, 26 *ditionem*; 7, 20 *sed auctiorem*; de aliis mecum dubitaveris, velut de 29, 7 *nervis* (cum VL); tamen ne omnem ei abiudices auctoritatem, monent loci, quales sunt 12, 3 *autem* (cum Vg); 11, 26 *delusa* (cum Vg); 4, 23 *uteri* (cum SMVg).

Minimi sunt pretii codices β et L; coniecturis enim atque interpolationibus scatent. Ad unum autem redeunt exemplar, quod et ipsum ostendit, quam licenter in describendis his opusculis, quae delectationi tantum inserviunt nulliusque scriptoris nomine atque auctoritate sanciuntur, scribae grassati sint. Sed consentit codex β 29, 7 *traxit* cum O et 1, 3 *stellarumque numerum* cum Zacheri codice antiquis-

simo H et, ni fallor, hoc loco Epitomatoris verba aut retinuit aut coniectura ductus restituit. Codicem L semel in corrupto nomine *Cilito* (35, 16, ubi S deest) cum Zacheri codicibus plerisque facere, nostris autem OMαβ meliorem se praebere vix est quod moneam.

Iam redeo ad codicem Oxoniensem, qui aetate Mettensi fere par, auctoritate impar videtur. Nam si recte de ratione, quae inter O et Valerium intercedit, supra disputavimus, etiam hac in parte codicem O saepius interpolatum aut correctum esse non mirabimur. Hic illic autem scriptor epitomam e Valerio interpolavit, velut 3, 21 *transiugari* (*transmigrare* Ep. codd.) 9, 5 cf. supra p. XXVI, 27, 2—3 cf. Add. 4. 5. Quibus exemplis ipsum libri titulum addas, quem ex Valerio interpolatum supra iam diximus. Pluribus certe locis epitomae Z errores scriba e Valerio corrigere potuit sed omisit, velut 12, 16. 17; 39, 7 *institisset*; 19, 26 *consitum*; 29, 19. 20 *rexque Parmenionem protinus poenas capitis dependit* (*Parmenio poenas capite dependit* Val.). Saepius O proprio Marte et a Valerio et ab epitomae codicibus recedit, velut 21, 9 *inruentibus* (*incurrentibus* Ep. Val.); 26, 20 *quaerenda* (*volutanda* Ep. Val.); 28, 14 *nominarat* (*nominasset* Ep. Val.); 19, 27 *homunculorum* (*homullorum* Ep. Val.); 13, 13 *iniuriaeque adridens* (*iniuriamque adr.* Ep. Val.). Quos locos, qui Meyeri sententiam defendere cupiet, diligenter velim examinet. Multis quoque in locis ordo verborum, qui in omnibus traditur epitomae codicibus, in O mutatus est, velut 11, 27 *operosissimum sepulchrum exigit* (*sepulchrum erigit operosissimum* Ep. Val.). —

Sed eae, quae e Valerio transcriptae sunt, partes scriptorem in universum satis religiose exemplaris vestigia pressisse ostendunt. Idem etiam in his partibus factum esse contendo. Habebat ille in manu epitomae codicem etsi non optimum, non tamen contemnendum. Consentit enim in coniecturis O cum M 1, 8 *aulae regiae secreta*, consentit 3, 21 *cui Nectanabus* cum Zacheri codice Pa. Non habet verba interpolata 6, 8 *veluti alarum plausu*, quae in S supra lineam addita sunt et desunt in tribus Zacheri codicibus, cum duobus eiusdem libris contra nostros 43, 5 *at* exhibet. Denique 30, 16

in loco interpolato fere eadem omittit, quae in fine paginae adscripsit M (conf. etiam Zacheri notas). Haec igitur e vetustiore epitomae libro recepit, quem tamen egregium inter ceteros locum tenere nemo, opinor, demonstrabit, cum vel interpolatum verbum *semper* (10, 18), quod in S in margine adscriptum est, inter reliqua ille exhibuerit.

Usus est Epitomator Valerii codice, qui, ut dixi, Gottingensis (Vg) illius fuit simillimus multoque propius ad Ambrosianum (Va) quam ad Parisinum (Vp) se addixit; saepius etiam cum Ambrosiani notulis inter lineas additis ita congruit, ut illas e vetustiore libro petitas esse satis ostendat; conferas e. g. 22, 13 *o vos stultissimos inquit dicam*, ubi Valerius (62, 3) *o vos fortissimos ait* habet, sed supra lineam Va *vel stultissimos dixerim* addit. Huius igitur codicis imaginem multo iam confidentius recuperare nobis licebit. His autem tribus subsidiis, epitomae archetypum dico et fragmentum Gottingense et excerpta Oi, si recte utemur, multos in Valerio locos emendare poterimus. Kueblerum enim, virum de Valerio optime meritum, codicum suorum auctoritati nimium tribuisse equidem persuasum habeo. —

In paranda hac epitomae recensione id maxime egi, ut, quid codex Oxoniensis contineret, legentibus proponerem. Cur tamen in ea, quae vetustiori epitomatori debetur, parte (Z) eum sequi non potuerim, supra exposui. Meum esse praeterea duxi, ut quantum possem, Epitomatoris verba restituerem. Ubi illum recepisse quae sensu carerent, ipsius Valerii docent verba, reliqui quod in melioribus codicibus legebatur; ubi ex Valerio facili opera epitomae verba sanari poterant, intacta ea relinquere nolui. Qua in re certe modum tenere difficillimum est meque ipsum saepius dubium haesisse libere profiteor. Infra epitomae apparatum illas, quas O solus exhibet partes (Oi), minoribus typis exprimendas curavi. Paginarum et capitum numeros, qui sunt editionis Zacherianae et Kueblerianae, in margine addidi. In commentario editioni addito et singulos locos et totius epitomae latinitatem explanare studui. In epimetro fusius de ipsius Valerii fragmento Gottingensi egi.

Restat ut omnibus, qui me in hoc libello conscribendo adiuverunt, gratias agam quam maximas; prae ceteris commemoro Brunonem Keil et Ricardum Reitzenstein, praeceptores carissimos.

Conspectus Notarum.

S	=	Codex Stuttgartensis.
M	=	Codex Mettensis.
O	=	Codex Oxoniensis.
Oi	=	partes libri Oxoniensis, quas O solus habet.
α	=	Codex Londinensis I.
β	=	Codex Londinensis II.
L	=	Codex Laudensis.
Z	=	Epitoma a Zachero edita.
V vel Val.	=	Valerii codices omnes.
Vt	=	Valerii codex Taurinensis } teste Kueblero.
Va	=	Valerii codex Ambrosianus } teste Kueblero.
Vp	=	Valerii codex Parisinus } teste Kueblero.
Vb	=	Valerii fragmentum Basiliense (cf. Wackernaglium, Zeitschr. f. deutsch. Phil. 1869, 119).
Vg	=	Valerii fragmenta Gottingensia.

p. 1 Z. 1. [Val. p. 1, 1 Kueb.] Aegyptii sapientes sati genere divino primi feruntur, permensique sunt terram ingenii pervicacia et ambitum caeli stellarumque numerum adsecuti. Quorum omnium Nectanabus prudentissimus fuisse comprobatur, quippe qui quod alii armis, ille ore potuisse convincitur. Denique mundialia elementa ei parebant, adeo ut, si metus bellicus illi immineret, non exercitum, non machinamenta martia moveret; quin potius ingressus aulae penita regiaeque secreta p. 2 Z. ibi se solitarium abdebat invecta secum pelvi. Quam dum ex fonte liquidissimo impleret, ex cera imitabatur navigii similitudinem effigiesque hominum illic collocabat. Quae omnia cum supernare coepissent, mox moveri ac vivere visebantur. Adhibebat etiam et virgulam ex ligno hebeni et praecantamina loquebatur, quibus vocaret deos superos inferosque; sicque laborabat pelvi naviculam submergi. Ex quo fiebat, ut simul cum submersione illius cerae et cereis insessoribus etiam omnes hostes, si qui adesse praenuntiabantur, pelago mergerentur. Itaque multo tempore regno ac securitate potitus est.

2. Quodam igitur tempore nuntiatum est ei multas adversus eum gentes una conspiratione atque eadem volun-

---

***Titulus:** Iulii Valerii Alexandri regis magni Macedonum ortus vita et obitus* O *Ortus vita et obitus Alexandri magni regis Macedonum* M *Incipit textus de ortu magni Alexandri Macedonum* S *[de* α β *mihi non constat]:* 1 Aegypti S M α Egypti O | fati O sati *ex* fati *corr.* β | 2 permensi quia α L | sunt *om.* O | 3 stellarum numero S O M α | 5 qui] quia L β *om.* O | ille] ipse *s. l.* M | 8 aulae regiae secreta O M aulam regiam secrete L β | 11 ibi M | 12 supernatare M β supernatare *ex* supernare *corr.* S | videbantur O | 14 vocaret *post* inferosque O | 15 in pelvi O | 18 ac] hac M |

5/6 O (*inter* convincitur *et* adeo): tantum denique sacricola peritia calluisse fertur, ut mundialia quoque ei parerent elementa.

p. 3 Z. tate consurrexisse, scilicet Indos, Arabes Phoenicesque, Parthos et Assyrios, nec non et Scythas, Alanos, Oxydracontas, Seres atque Caucones, Hiberos, Agriophagos, Eunomitas et quaecunque sunt Orientis barbarae gentes. Quibus ille auditis plausum dans manibus magno risu dissolutus est.

3. [Val. 2, 1.] Igitur ad consuetae artis confugit peritiam et more solito adhibuit sibi pelvem atque omnia alia instrumenta. Quibus intellexit se vincendum atque ab hostibus capiendum, nisi fugae consuleret. Mox autem raso capite et barba collectisque omnibus, quaeque sibi erant pretiosarum opum, appulit Macedoniae. Ibique amictus veste linea astrologumque se professus vim peritiae suae cum magna admiratione commendabat.

4. Ergo Nectanabus iam longe celebratior apud Macedones erat, adeo ut etiam fama illius nec Olympiadam p. 4 Z. quidem reginam lateret. Enimvero Philippus tunc bello forte aberat; coepitque regina consulere peritiam viri. Qui ut ad eam ingressus est, non eam dominae appellatione dignatus est, qui se quondam dominum fuisse meminisset. Moxque eius pulchritudinem admiratus amore illius captus est. Cum ergo iussus sedisset, ait regina ad eum: „Tune“, inquit, „es Nectanabus ille matheseos sciens? Dic ergo, quanam usus peritia adeo veri amicus cluis.“ Ad id respondit: „Multifida quidem est, o regina, haec nostra vaticinandi scientia,

1 fenicesque O | 2 *alterum* et *om.* α | Scythas] sestas S sertas M festas O α | Osydoracontas SO Osidoracontas M Osidaracontas β Ositoracontas α | 3 acaucones M | 4 gentes *ex* gentis *corr.* M | 6 suetae α | 7 pelvim M plevem S | alia omnia M | 7/8 inlustramenta S | 10 quaeque] quae O (que *eraso*) | 11 ibi O | 12 astrologum M α | professus est M | provinciae (periciae *s. l.*) M | 13 admiracione (racione *s. l.*) O | 15 erat] extitit α | Olympiadem L | 16 quidam S | forte bello O | 17 aderat α | potentiam β | 17/18 ad illam O | 18 *alterum* eam *om.* O | dignatus] honoratus L | 19 *post* est *s. l. addit* appellare S | 22 usus es α | 23 vere β veri *ex* viri *corr.* α | 24 haec *om.* O |

11. O (*inter* opum *et* amictus): in peregrina profectus est lustratisque invisitatioribus terris appulit tandem (tandem *s. l.*) in Macedoniae locum, cui Pella ex veteri nomen est. Ibi

p. 4 Z. neque est in tempore uno omnium meminisse; nam et interpretes somniorum et astrici, quibus omnis divinandi ratio reseratur, multaque praeter haec sunt, quibus uti ad praescientiam solemus." [Val. 2,30.] His dictis cum acrius in vultum reginae intueretur, Olympias ait: „Quid ita defigeris, o propheta, ubi me intueris?" At ille: „Recordor," inquit,
p. 5 Z. „oraculi illius, quod apud Aegyptum a diis acceperam, quod oporteret me reginae vera praedicere. Quare consule super his, quae cupis." Et cum verbo promit tabulas, quas huius peritiae docti pinacem nominant. Auro enim et ebore variatum pretium cum sui operis admiratione contenderat. Tum promit etiam septem stellas et horoscopum pariter, quibus singulis sui metalli species inerat. Iovem quippe viseres aëreo lapide nuncupatum, Solem cristallo, Lunam adamante, Martem dici sub lapide haematite, Mercurium smaragdo; Venus autem saphirina erat, Saturnus in ophite; at vero horoscopus lygdinus erat. Exinde mirans Olympias stellarum
p. 6 Z. mirabilem varietatem et propius sessitans: „O", inquit, „tu, intuere, quaeso, meam et Philippi congruentiam; nam multa fama est, quia, si ex hoste rediens adfuerit, abiecta me velit in alteram transiugari." Quin Nectanabus statim

---

2 astrici *eras.* astrologi *s. l.* S (*s. m.*) | 3 sunt *om.* M. | 3/4 praescientiam S (Vt) praescientias O M β praesentiam α | 6 ubi me intueris *om.* M ut sic me intuearis β | inquit *om.* O | 8 oportet O | praedicare S | consule *ex* consulis *corr.* S | 9 huiusce O (Vt) | 10 penacem S penatem M | vocant O | auro ebeno *Maehlius, vide Adn. crit.* | 11 cum summi operis contendebat *Maehlius* contenderat *ex* contenderam *corr.* S portenderat β | tunc M | 14—16 soli cristallus lunae adamas marti deo lapis haemantis mercurio smaragdus venus autem saffirina β | 15 haemocite S | szamaragdo O | 17/18 mirabilem stellarum varietatem M | 18 propter se sciscitans O (propter sessitans Vt) proprietatem puis esitans *ex* proprius sessitans S | 19 intuere tu M | incongruentiam *ex* congruentiam *corr.* O | 20 quia si *ex* quasi *corr.* S | ex hoste victor rediens β | rediens] veniens (*s. l.* vel rediens) M | adfuerit] fuit α | 21 transmigrare SM transmigrari α β transiugari O (Vt) | quin S M α β (Vt) cui O, *cf. praef.* |

18/19. O (*inter* sessitans *et* quaeso): [Val. 3,18] iubet omne facessere famulitium, qui aderant sibi ex ministerio regali et ait. „O tu intuere".

p. 6 Z. suam adhibet constellationem, exploraturus ea, quae regina petiverat. Quo facto ait: „Non vana“, inquit, „ista ad te fama pervenit, sed enim vera est. Ego enim ac si propheta ex Aegypto opitulabor, ne quid de divortio formidaveris. p. 7 Z. Nam fatale tibi est, secundum quod perspexi, misceri te deo, genituram filium ultorem omnium, si quae in te Philippus audebit.“ Tum illa: „Et cuinam“, inquit, „deo ad torum debeor?“ Respondit: „Ammoni, deo Libyae. Quare paraveris tete velim, ut feminis mos est et reginae decorum, ad huiusmodi nuptias. Videbis ante et somnium et in somnio nuptias tibi cum deo futuras esse.“ At illa: „Hoc“, inquit, „somnium si somniabo, iam non ut mago utar te, enimvero honore dei venerabor.“

5. [Val. 4, 18.] Progressus inde Nectanabus herbas quaeritat ad somniorum imperia necessarias. Quibus carptis atque in succum pressis effigiat ex cera corpusculum feminae eique nomen reginae adscribens lectulum ei fabricatur, cui illa effigies supraponitur; iuxtaque lucernis accensis succum herbarum potentium superfundit carmenque indicit efficax et secretum; quo effectum est, ut quicquid ille simulamini p. 8 Z. cereo loquebatur, id omne fieri sibi regina per somnium sit opinata. Videt enim se in complexibus dei, et post complexus audierat sibi ipsum loquentem foetam se et uteri gravem genituramque filium vindicem.

6. Moxque dehinc illa surgens e lectulo hominem ad se vocat eique somnii retulit visionem. Cui ille: „Hoc“, inquit, „o regina, somnium est; verum eius effector cito subsequetur. Quapropter secus cubiculum tuum secreto

---

1 exploratus α | 3 enim] tamen *recte* Vt | 5 quod *in marg. add.* S | prospexi O perspeximus β | misceri te deo *om.* β | 6 geniturамque OM α β | omnium ultorem M omnium *om.* O | si quae S β (Vt) siq̄ O si quid M si se α | Philippus in te α | 8 paraveris *om.* (mutare *in marg. add.*) α parari β | 9 te M β | feminas O α feminis *ex* feminas *corr.* S | decori β | 10 in somno M | 11 esse] adesse O | 12 somniavero M | 14 quaerit (*ita* Vt) *ex* quaeritat (*ita* Vg) *corr.* S | 15 impericia *ex* imperia *corr.* S | captis M | 17 fabricat *ex* fabricatur *corr.* S | 18 superponitur O (supraponatur Vg) | 19 superfudit O | 20 quicqid S | simulamine α | 22 videt S (V) vidit OM α β | 23 uteri SM α (Vg) utero O β (Vt) | 27 effectus SOM α β *corr. Keil* | 28 tuum *om.* O |

p.8 Z. mihi lectum praeparari iubeto, ut, si forte aliquis tibimet repentinus ingruerit metus, possim tibi spes esse subsidii.“ Promisit regina et vicinum cubiculo suo secessum mago tribuit, pollicens honores multos, si conceptu sit potita. Tum magus: „Praecursor tibi,“ inquit, „deus ipse aderit; nam sedenti superveniet draco reptabundus. Tu vero eo viso omnes, qui aderunt, egredi iubeto. Et cum te lecto collocaveris, explora vultum illum, quem iam in somnio praevidisti, si is erit.“

7. Insequenti igitur die locus destinatur mago, isque providit ex arte vellus arietis mollissimum simul cum cornibus et sceptrum et amictum candidum effecitque ex scien- p.9 Z. tia reliquum corpus veluti draconem vespera adventante ad feminam. Quo illa viso cunctos egredi iussit deditque sese mox lectulo et operto capite solo oculo ad superventum opinati dei curiose intendebat. At ille sceptro deposito conscensoque lecto nuptias agit. Exinde manu superiecta utero ait: „Gaudeto, o mulier, te gravidam ex me filiumque parituram, qui universi orbis dominio potiatur;“ receptoque sceptro exivit. Mane autem facto mulier alacrior cubiculum Nectanabi inrupit; isque somno excitatus, ut nescius rei, causam quaerit adventus. Tum illa: „Facta,“ inquit, „sunt omnia, quae promiseras;“ et ille in hoc se gaudere respondit. Rursus mulier: „Ergone ultra adesse dignabitur? Nam est mihi ad tales nuptias amor.“ Tum magus: „Audi,“ inquit, „o regina! huius dei minister ego sum; et tu, cum volueris talis mariti conventum, dicito mihi, atque ego procurabo, quo ad te saepius veniat.“ At illa mox claves cubiculi mago dari iubet; ex quo promptior illis erat in id, quod cupiverant, commeatus.

---

1 praeparare S | 2 ingrueret S | 3 permisit *ex* promisit *corr.* O | 4 conceptione β | 6 reptabundus *ex* repentinus *corr.* M | 7 lectulo O (V) | 9 si *Epit. codd.* Vg (ut si Vt) | is] ille is L β | 12/13 scientia (cera *s. l.*) S | 13 vespere β vesperi M | adventantem *Epit. codd.* adventante Vg | 14 viso illa M | 15 sese] se M | 17/18 exinde manu superiecta utero ait *om.* M | 19 scias parituram β | uniumsi S | 20/21 cubiculum alacrior S | 21 sompnio O | 22 facta sunt inquit SM | 27 adventum O | 30 concupiverant O.

p. 10 Z. Sed iam alvo crescente „Quidnam“, inquit, „o propheta, fiet, quidve nunc facto opus est, si adveniens Philippus cum isto me onere deprehendat?“ „Ne metueris,“ respondit ille, „quia opitulabitur Ammon illi vitio, quod suasit.“

8. Sed Nectanabus accipitrem sibi sacratum parat eumque monet ire ad Philippum, cui per noctem in somnio adsistens iussis mandatis instruxit. Excitatus autem Philippus [veluti alarum plausu] advocans somniorum interpretes ait: „Vidi per quietem deum quendam formosum et canitie capitis caesariatum arietisque cornibus insignitum supervenisse Olympiadi, coniugi meae seseque illi nuptiis miscuisse. Quibus peractis haec etiam verba addiderat: „Excepisti, o mulier, ex me filium vindicem.“ Tum mulieris virginal contegere biblo ac consignare annulo aureo videbatur, cui insculpta erat solis effigies et leonis caput hastili p. 11 Z. subiecto. Quae cum vidissem, accipiter superveniens plausu alarum me excitare videbatur. Quid igitur istud est, quod portenditur?“ Tum interpretes: „O Philippe, verum istud est. Nam quod signari virginal feminae vidisti, fidem rei visae testatur, unde praenosti, quod illa conceperit; nemo enim vas vacuum consignat; ut haec biblo, quippe cum biblus nullibi gentium nisi in nostra tellure gignatur. Aegyptium igitur semen est, qui conceptus est; non tamen humile, sed praeclarum, propter annuli aurei visionem, quo metallo nihil pretiosius scimus. Sed quoniam signaculum, quod solis forma visebatur, subter leonis caput hastili subiecto: is ipse,

2 fiet *om.* O | 3 honore me M | 4 opitulabitur] favebit β L | illi] huic O | 5 sacra|| || || ||tum *(IV lit. er.)* S | 6 somnio illi β | 7 istis instruxit mandatis β | ⟨loquatur eumque⟩ iussis *suppl. Reitzenstein* | 8 veluti alarum plausu *om.* O (V) *s. l.* S | veluti *om.* β | pulsu M | 8 seniorum S | 10 arietinisque O | 11 uxori O | miscuisse nuptiis O | 14 virginal vidi contegere β | videbatur *om.* SOMβ | 15 insculptum S | *post* insculpta *duae litt. er.* O | erant Mαβ | 16 pulsu O (V) plausu *ex* plasu *corr.* S | 17 istud est *om.* α est *om.* M | 19 signare O signari *ex* signare *corr.* S | 20 praenosce M | 21 ut *Epit. codd.* (Vp) et Vt *recte* | 22 nulli gentium M nulli *ex* nullibi *corr.* S | gingnatur S | 23 aegyptum igitur igitur S | quod conceptum β *Maehlius* | *a verbo* non *usque* ad rebus p. 8, 10 *collatus est* L | nec tamen S | 24 anuli aurei L | 25 in signaculo β *Maehlius* | quod *delent in Epit. Maehlius, in Val. Kuebler), cf. Adn. crit.* | 26 videbatur O |

p. 11 Z. qui nascetur, usque in orientis perveniet possessionem, omnia audens, quae natura leonis est, vique id faciet atque hasta omnia subiugabit. Enimvero quoniam deum capite arietino testaris eundemque canum, deus est Libyae, Ammon nomine.“ Quam interpretationem non aequo animo Philippus accepit.

p. 12 Z. 9. [Val. 8, 15.] Festinata igitur re bellica Macedoniam repedat. Tandem adveniens, cum reginam sibi occursare diffidentius intueretur, astu dissimulans indignationem ait: „Me quidem clam res gesta non est, scio tamen te nunquam alicuius popularis amori servisse, enimvero dei deorum pulcherrimi.“ Atque his dictis animum mulieris instauraverat.

10. Interim agebat Philippus cum muliere coniugaliter, Nectanabus vero praesens sed invisus agebat nec videri se ex arte magica concesserat. Denique interfuit aliquando iam Philippo effervescenti et coniugem acrius increpanti, quod ille conceptus non ex deo foret. Hoc tamen Nectanabus auribus hausit. Dum ergo convivium celebre ac regium pararetur ob reversionem Philippi, nec tamen ipse frontem in laetitiam explicaret, statim se reficit Nectanabus et reformat in illum draconis sed auctiorem tractum tricliniumque penetrat reptabundus, specie spectabilis, tum maiestate totius corporis, tum etiam sibilorum acumine adeo terribili, ut fundamenta ac parietes domus quati viderentur. Ceteris igitur terrore concussis Olympias, quo fidem faceret divino
p. 13 Z. numini, manum protendit ad bestiam. At vero draco caput in sinum mulieris extendit et omne agmen in spiram mansuetius collegit et promptum os mulieri porrexit. Sicque dehinc vertit se in aquilam et volatu discessit. Tunc ex

---

1 superveniet O | 2 qua natura S | hasta] haec ita β | omnia hasta L | 3 enim SM | 7 repedavit Lβ | tandem *Epit. codd.* Vt (tamen Vp) | 8 arte dissimulans M | 10 amorei servisse S amore servisse M | dei deorum pulcherrimo α | 11 pulcherrimo res ista est L | 12 interim vero S | 14 concesserat] permiserat β confecerat *Maehlius* | 15 effervescente et c. a. increpante O | 16 Hoc tamen etiam O | 17 ausit S | 19 refomat S | 20 seductiorem OMLβ (Vp) seductorem S | *post* tractum *addunt* ad lubentiam sui L *et s. l.* S ad labentiam sui M, *cf. Val. p. 9, 20* | 21 tunc M | 26 *post* mulieris *add.* clementius MLβ *et s. l.* S | 26 in spera SOM in speram L | mansuetus L | 27 proptum S | se ad os β | mulieris S |

p. 13 Z. admiratione Philippus exhilaratus: „O coniux“, ait, „patuit vero argumentum divini circa te cultus. Vidimus enim deum auxiliantem tibi, licet quis is est, nesciam; quippe vel Iovem <credas> ex aquila, vel Ammonem ex dracone.“ Ad haec mulier: „Ammonem se quidem professus est, dum primum mecum convenire dignatus est, scilicet Libyae dominum universae.“

p. 14 Z. 11. [Val. 10,8.] Dum igitur Philippus in quadam regione sederet, ubi aves plurimae circumerrarent, intentusque agendis rebus animum occupasset, repente gallina in sinum eius supersiliens considensque enixa est ovum. Sed ovum illud sinu eius evolutum humi concrepuit. Cuius testula dissultante visus est de ea dracunculus exisse. Isque circumcursans atque ambiens ovi testulam, dum rursus eo, unde exierat, intrare vellet, morte praeventus est. Rex igitur Antiphontem, qui coniector id temporis egregius habebatur, arcessiri iubet, super re visa sciscitans illum. At ille percunctatus respondit filium ei nasciturum, qui omnem mundum obiret omnemque suae ditioni subiugaret; hunc quoque, antequam in patriam, de qua exierat, redeat, occasu celeri periturum. Draco quippe regale est animal; ovum mundialis est forma. Ex quo cum draco erupisse videatur, post omnem huius rotunditatis ambitum circuisse atque ingredi eo, unde ortum habuerat, cupivisse, mortuusque, priusquam id proveniret, cuncta haec, quae praedicta sunt, portendisse liquet.

12. [Val. 11,4.] Appetente autem iam partitudinis tempore

---

1 ex amiratione S | 2 argumento divini circa te numinis cultus O, *cf. Val. 10,1 et Adn. crit.* circa te divini M | 3 is *ex* eis *corr.* M | vel] ut (*mox* vel) M | 4 credas *ex Val. supplevi, cf. Adn. crit.* | 5 professa est se β | 8 cum L | 9 circumerant β | 11 consedensque S | 12 evolutura β | 13 dissimulante S | de eo SO | 17 arcessiri S (V) accersiri OM αβ | 19 omnemque] orbemque *Eberhardus* | 22 mundale M | 23 ambitum *in marg. add.* M | 24 mortuus est L mortuusque est O αβ | 27 appetonte *ex* appetente *corr.* S appropinquante β | conceptionis β |

26/27. O (*inter* liquet *et* appetente): [Val. 11, 2] et is (his V) quidem in hunc modum interpretamenti sui fidem fecerat apud Philippum.

p. 14 Z. consederat Olympias oneri partus levando. Sed adsistens Nectanabus inspectansque caelites cursus motusque astrorum:
p. 15 Z. „Mane“, inquit, „quaeso, mi mulier, et vim partitudinis vince; quippe si nunc fiat editus partus, servilem quidem captivumque illum futurum astra minitantur.“ Atque cum obdurasset mulier secundisque aculeis pulsaretur, rursus admonet eam magus: „Nunc etiam, quaeso,“ inquit, „obduraveris paululum; quia, si nunc editu victa sis, gallus et semivir erit qui nascetur.“ At tunc demum intuens astrorum cursus motusque elementorum sic ad mulierem ait: „En tempus est,“ inquit, „nunc et voce fortiori et omni conatu <opus est>; quippe quod nunc editum erit totius mundi dominio celebrabitur.“ Tunc mulier vehementius ingemiscens exegit puerum. Qui ubi ad humum lapsus est, motus protinus insequitur terrae et tonitruum crepor ventorumque conflictus et fulgorum coruscatio, uti viseres, omni mundo hac partitudine curam elaboratam.

13. Ergo ait et Philippus: „Fuisse“ inquit, „consilium,
p. 16 Z. o mulier, mihi profitebor, non nutriendi quod natum est, quoniam id de meo semine non provenit; sed cum videam sobolem esse divinam <et> diis quoque atque elementis cordi fuisse, <votis> educationis accedo, inque eius filii memoriam, qui mihi ex prioribus nuptiis natus occubuit, Alexandri ei nomen dabo.“ [Val. 12, 9] Post vero regalius et competentius alebatur. Erat autem vultu et forma pulcherrimus, subcrispa paululum et flavente caesarie et comae leoninae, oculis egregii decoris, altero admodum nigro, laevo vero

---

1 considerat S | partus honeris levandi M leviando L | sed] et M | 2 celeres L | 4 servile quiddam OMβ (Vp) quidam Vt | captivumque portentum (potentum V) natum iri astra O (V), *cf. Adn. crit.* | 5 ad quae O ad que M | 10 cursus] en motus α | 11 est inquit] ait M | 12 opus est *ex Val. sup. Keil* | 13 tunc] tum M | 15 thonithruorum M | 16 fulgurum αβ | videres β | 17 curam et laborem natum *Maehlius* | 18 fuisse] utile *Epit. codd.* utique *Eberhardus*; *corr. Reitzenstein, cf. Adn. crit.* | 19 *post* profitebor *add.* fuisse O | 20 video M | 20—22 sed ut video subolem esse divinam diis quoque atque elementis intelligo cordi educationis | 21 et *ex Val. supplevi* | accedo inque β | cordis Sα | 22 votis *ex Val. supplevi* | 23 ei *om.* M | 26 et *altero loco Epit. codd.* (Vp) ut Vt *(recte)* |

p. 16 Z. glauco atque dissimili. Crescebat ergo, ut corporis gratia, ita studiorum et prudentiae maiestate. Nutrix eius Alacrinis, paedagogus Leonides, litteraturae Polinicus magister, musices Alcippus, geometricae Menecles, oratoriae Anaxi- p. 17 Z. menes, philosophiae Aristoteles ille Milesius. Erat quidem ille ad omnes litteras peritus et sibi quisque ludus imperiale quiddam erat meditamentum.

Interea viri, qui Philippi equitia curabant, equum spectabilis formae regi deducunt, aiuntque illum armenti quidem regalis fuisse genus, formatum pedibus ad Pegasi fabulam et si qui fuisse Laomedonti eiusmodi praedicantur. Additque: „unum quidem est ei beluile vitium, namque homines edit et in eiusmodi pabulum saevit.“ Rex vero p. 18 Z. ait: „enimvero quoniam semel deductus est, claudi eum atque alere curabitis sub claustris scilicet praeferratis.“ Et cum dicto iussa complentur.

14. [Val. 14, 14.] Interea Alexander iam annum duodecimum agens patri comes fiebat et usu armorum [semper] indui meditabatur et cum exercitibus videri gaudebat et equis insiliens cuncta ut prudentissimus miles agebat. Dum ergo Philippus ad quandam illicce proximam civitatem proficisceretur non simili affectu, quo solitus, protinus Olympias Nectanabum repetit eumque consulit super clandestino mariti consilio. Qui dum assidenti sibi Alexandro ex arte illa astrica loqueretur, ait Alexander: „Numquid ista est similitudo stellarum, quae visuntur in caelo?“ Et Nectanabus ita esse re-

---

2 studium et prudentia M | 4 musicus SMα musicae O musicae artis β *correxi ex* Vt | Alcispus SOMαβ (Vp) | 5 Aristotiles O | ille *om.* Oα *s. l.* S | milesius *ex* mileseus *corr.* S. | 6 peritus] paratus *Maehlius* | 6/7 ludi imperialis quiddam addiderat β | 7 meditamentum *ex* meditatum *corr.* M | 9 regis M | 11 si qui SOM (Vp) *recte* si equi αβ (Vt) | laomedenti S | 12 additque M addiditque SO addideruntque β adduntque α (sed addit equisius V), *cf. Adn. crit.* | 14 est *Epit. codd.* (Vg) *om.* Vpt | 15 alere *Epit. codd.* (Vgp) ali Vt | praeferatis S praeferamtis M | 18 semper *in marg.* S *erasum* Vg. *om.* Vtp | 20 ut *s. l.* S | 23 consuluitM | 25 numqid S | 26/11,1 ita esse respondit SO (V *sed* esse *s. l.* Vg) ita respondit esse Mαβ |

p. 18 Z. spondit. Et Alexander: „Possumusne istas oculis usurpare?“ Annuit posse. Tempus exigit. Vesperam pollicetur. „Quae ubi advenerit, comitare,“ inquit, „mecum ad campestrem locum easque tibi in caelo lucentes ostendam.“ Ergo ubi p. 19 Z. tempus est, progressi oppido, dabat videre Alexandro, quae cupiverat. Qui dum sedulo huius artis peritia frueretur iamque se in hisce doctum perpenderet, nocte quadam ad praescitum fossae praeceps venientes, Alexander hominem improviso impellens praecipitat; ibique letali ictu cervicis afflictus haec conquestus est: „Mi,“ inquit, „Alexander, quidnam huiusce facti tibi consilium fuit?“ At ille respondit: „Conquerendum tibi erat de arte, quam noveras. Quippe nescius, quae te impenderent humi, nunc resupinus iacens rimare ea, quae sunt caeli.“ Ad haec magus: „Nulli,“ inquit, „mortalium contra fatum fuga permissa est.“ Et Alexander: „Cur ista?“ inquit. Respondit magus: „Olim quippe per hanc scientiam cognovi, me a filio interfectum p. 20 Z. iri.“ Et Alexander ait: „Num ego sum filius tuus?“ Ita esse confitetur, tum Aegypti fugam, tum ingressum ad Olympiadem et quanam arte uxore sit potitus ad similitudinem dei. Et his dictis animam exaestuat. Hinc Alexander comperto, quod pater sibi fuerit, quem interfecerat, naturali monitus affectu superponit hominem humeris regiamque revectat. Ut autem reversus est ad matrem, cuncta narrat, quae sibi supremo colloquio pater dixerat. Atque hoc mulier nimium admirata indicavit, quod annis artibus lusa probri rem fecisset. Patri quoque filius sepulchrum erigit operosissimum.

15. [Val. 16, 16.] Enimvero Philippus Delphos mittit super regni sui sollicitus successore, responsumque accepit in hunc

---

1 possumusne SO possumus M (Vtg) possumne αβ (Vp), *cf. Adn. crit.* | istas] ista M | 2 tempus exigit] ite exigi M exiit S | vesperum β | 3 advenerat β | 5 oppidum OMβ opidum Sα, *correxi ex Val.* | 8 veniens β (Vt) | 9 loetali S | mi *ex* miltri *corr.* O | 12 conquirendum SOαβ | 13 necuis S | imponderent S impedirent (impellerent *s. l.* β) Mβ | resopinus S | 14 iaceres M | 20 quianam S | 21 diei S | Hic O (Vt) | 22 interficerat S | 23 monitus *ex* motus *corr.* M | 25 suppremo O (Vg) | 26 quod tot annis Vp quod vanis Vt, *cf. Adn. crit.* | delusa α (Vg) | obprobri α | 27 operosissimum sepulchrum exigit O | eregit S |

p. 20 Z. modum: „O Philippe, is demum tuis omnique orbe potietur, quicunque Bucephalam equum insiliens medium Pellae transierit.“ Vocabatur enim equus ille, quem supra diximus, eo nomine.

p. 21 Z. 17. Id iam temporis quartum decimum annum Alexander agebat. Qui cum quadam die locum, quo clausus equus praedictus erat, praeteriret, conversus ad amicos ait: „o viri, hinnitusne aures meas an vero rugitus aliquis leoninus offendit?“ Ad haec Ptolomaeus, qui postea Soter dictus est: „Quin immo hic ille est Bucephala equus, quem ob vehementiam et saevitudinem dentium hactenus claudi rex pater iussit.“ Alexander vero custodibus evocatis claustrisque remotis animal educit, iubamque eius laeva cum apprehendisset, tergum quadrupedis insultat effrenemque hac atque illac circumducit. Quod cum admirationi visentibus foret, cucurrit quidam et rem periculi Philippo nuntiavit. Sed ad memoriam ille ⟨revocans⟩ monitus oraculi occurrit ad puerum eumque salutat ut totius orbis dominum, laetior scilicet spe filii pater.

18. [Val. 20, 12.] Sed enim Alexander quintum decimum agens annum petiit, ut sibi Pisas adire liceret gratia quadrigis certandi. Philippus quoque equos illi et cetera p. 22 Z. itineri necessaria praeparari iussit. Igitur ascensa navi secunda admodum tempestate appulit Elim. [Val. 21, 7.] Quo in loco cum curam equorum famulis mandavisset ipseque ad videndum statum loci eiusdem procederet, forte ei fuit obvius Nicolaus rex Acernanum, quondam conscolasticus eius, qui salutando quidem Alexandro sese praestitit priorem, nec

---

1/2 potietur sceptus M | 1—3 tuis praesidet omnibus quicumque bucéfala in eo transieret orbem β | 2 bucefalam SO bucephalum M α | 3 enim] autem α (Vg) | 5 Id] is M | 6 cum S (V) dum OM α β | 8 leonius S | 9 ptolomeus OM α β ptholomeus S | socer M | 10 est ille OM | 13 educit *om.* O | 15 ammirationi *ex* ammiratione *corr.* S | 16 cucurriq; dam S | 17 revocans *om. Epit. codd.* (Vt), *supplevi ex Val.* | oraculi *ex* oculi *corr. M om. O* | 18 salute S | orbi M | 21 persas *s. l.* β | 22 tractandi M | 23 iteneri M | 24 elym OM civitatem elim β | 25 dum *Epit. codd., correxi ex Val.* | que *s. l.* M | ad visendum β | 27 acernarum, *mox* acernanum O | scolasticus O α |

p. 22 Z. tamen sine contumelia fuit ipsa salutatio. Nam: „Ave," inquit, „o puer!" Nec ille resalutat. Tunc secundo Nicolaus: „Et a quo," inquit, „te arbitraris salutatum? Quippe ego sum Nicolaus, rex Acernanum." Et Alexander: „Quid," inquit, „prodest tibi ista vana imperii iactatio de secundis crastinis fluctuanti? neque enim istam arrogantiam approbo." Et Nicolaus: „Velim," inquit, „scire, cur adsis." Fatetur Alexander se ad certamina quadrigarum studio coronae venisse. Tunc Nicolaus felle de nimia indignatione suffusus consputum adolescentulum et maledictis increpitum dereliquit. At vero Alexander, qui omnium disciplinarum continentiam ostentare didicerat, abstersit clementer sputamenta iniuriamque adridens ait: „Iuro equidem, Nicolae, tibi," inquit, p. 23 Z. „patris matrisque meae maiestatem, quod te et in praesenti certamine superabo."

19. [Val. 22, 12.] Non multo post, ubi dies certaminis advenit, Alexander primum Nicolao superato et reliquis, qui certamini adfuerant, corona redimitus repatriat Macedoniam.

20. [Val. 23, 18.] Sed offendit forte Philippum spreto consilio Olympiadis in Cleopatrae nuptias demutantem. Die igitur nuptiarum inruens triclinium regis coronatus: „Sume," inquit, „o pater, hunc primum laboris mei fructum." Et coronam una in caput patris transtulit et ait: „Cum ego matrem meam iterum regalibus nuptiis coniugabo, vos quoque participabo convivio." Et his dictis adversum Philippum discumbit.

---

1 ipsa *s. l.* M | 2 et cum nec ille resalutaret β, *cf. Adn. crit.* | 6 fluctuans SOMβ fluctuat α fluctuanti *Maehlius* | approbabo β | 10 derelinquit *(n eras.)* S | 12 abstersit] assumpsit α | spumenta Sα | 13 iniuriaeque O | ridens α | nicholae O nicole S | tibi *om.* M | inquit *om.* O | 14 et *om.* M, *cf. Adn. crit.* | 16 certaminis dies O | 16/17 advenit certaminis M | 17 superato nicolao OM | 18 redemitus S | 21 consilio SMαβ (Vp) consilio *in marg.* vel coniugio Va consortio Vt connubio O | in Cleopatra S in Cleopatram O | nuptiis M | denutantem *ex* demutantem *corr.* M | 24 unam SOMα (Va) uno Vp, *cf. Adn. crit.* | 25 legalibus nuptiis M | 26 adversus Mαβ |

p. 23 Z. 21. [Val. 24, 3.] Aderat tunc inter regales delicias Lysias quidam, risui excitando quam facetissimus. Qui cum in gratiam regis adolescentulum vellet admordere, multimodis verborum ridiculis saepius illum adgressus ac saepius admonitus, ut ad alterum se verteret, cui ludum suum placere sciret, pergit ille non obaudiens. Tandemque iuvenis irri- p. 24 Z. tatus, poculum, quod sibi prae manu erat, iaculans Lysiam vulnerat. Sed rex effervescente ira prosiliens in Alexandrum crureque vulnerato procumbit et Alexander arrepto gladio omnes, qui sese veluti comprehendendum inruerant, dissicit et egreditur.

22. [Val. 24, 22.] Qui autem aderant Philippum graviter vulneratum cubiculo inducentes lectulo deponunt. Sed post dies plures, cum iam spes esset eius recuperationis, ingreditur Alexander amica sollicitudine considensque lectulo: „quaeso," inquit, „o Philippe, quid tandem rei est, quod te avertit a coniuge? Habeo enim scire, vindex et ultor ⟨futurus⟩ in matrem, si culpa meruit, quod evenerat. Quid enim uterque commeruimus, Olympias coniunx a marito abiecta et filius a patre incursatus? Quin ergo surge! Iam tibi Olympiadem tuam in gratiam deducam." [Val. 25, 15.] Et his p. 25 Z. dictis transit ad matrem, cui ait: „Quaeso, mi mater, ne movearis super his, quae in te rex maritus egerat. Quamvis enim ipsa clam habeas, quid commerueris, age tamen morem conscientiae tuae, cuius memet testem habes, qui tibi suadeo, ut te reddas marito." Cedit suadenti filio mater et ipso duce revenit ad maritum. Et Alexander: „En

---

1 delicias] nuptias O epulas α | 2 risum β *ex* risui *corr.* S | 3 velle α | admorderi *s. l.* admonere β | 4 illum adgressus saepius *s. l.* S | 5 se verteret] revertere tur β | cui *om.* S | 6 sciret ergo illo non obaudiente tandem Alexanaer β | pergit] ergo SOM α *correxit* Z | 8 vulneravit O | 9 crureque] crure *Maehlius, cf. praef.* | 11 atque O | 14 recuperationis SOMαβ recurationis Z, *cf. Adn. crit.* | 16 averterit OMβ | 17 habeo] *Epit. codd.* (abeo S) *et* Va, *cf. Adn. crit.* | vindex *Epit. codd.* (Va) iudex Vpt | 17 futurus *ex Val. supplevit Reitzenstein* | 19 coniecta α | 20 surge *om.* β | 21 tuam in gratiam tuam SO | Olympiadam in gratiam tuam M | 24 commerieris S | 25 me et te SOM (me et Vp | testes M | 26 te *om.* S |

p. 25 Z. tibi," inquit, „o pater, Olympias tua! Agite quaeso post iram integrationem coniugalis affectus, nec sit pudendum, si filius sim parentibus copulator." His dictis impetrat quod laborat.

23. [Val. 26, 9.] His ferme diebus, quibus haec acta sunt, Mothona civitas nuntiatur obsequio descivisse. Ad quam Philippus animo incitatus, cum adhuc viribus corporis deficeret, opportunum ratus est Alexandrum cum multitudine hostili illuc mitti debere. Idque adolescens properanter exsequitur diligenterque subactam memoratam nuntiat civitatem. Dum igitur ingressus ad patrem haec nuntiaret, vidit forte in domo regia viros barbaro habitu, percunctansque cognoscit Darii regis Persarum legationem fuisse, qui venerant pro tributo atque censu, terrae scilicet et aquae. Miratur Alexander et petendi morem et titulum dixitque uni, qui primus illorum esse videbatur: „Haecne
p. 26 Z. elementa venditant Persae mortalibus, quae deus cunctis in commune largitus est?" Dolebat ergo, quod viri graeci nominis ac dignitatis vectigales barbaris fierent. Igitur ferre iubet ad Darium a se mandata, scilicet uti ab hac petendi consuetudine temperaret; sin aliter, sciret sese cum Alexandro proelio acrius concertaturum. His dictis exigit homines proficisci. Interea, dum rursus vicina civitas de obsequio vacillaret, datur Alexandro expeditio; pergi quoque illuc iussum est.

24. [Val. 27, 15.] Enimvero interea Pausanias quidam nomine, opibus et deliciis affluens, in Olympiadis desiderium amoremque prolapsus est. Qui cum per internuntios adtemptaret et mulier consentiret, scilicet ut deserto Philippo

---

1 tibi *om.* M | 2 integrationi coniugatus α | effectus S | 3 copulatus S | 6 methona Oβ mathonia α | ab obsequiis O | 9 hostoli S | 10 diligenterque M (Vap, et diligenter Vt) diligenter quoque SOαβ | 12 viros barbaros habitu (*ex* habitus *corr.*) β | cognoscit *Epit. codd.* (Vp) agnoscit Vat | scilicet terrae et O | 16 videbatur esse M | 23 rursus dum M civitas vicina dum rursus O | 25 pergi (pergere *s. l.* β) quoque illuc (illic M) iussum est *Epit. codd.* pergi quoque iussum est Vp (pergitque Vt pergit Va) pergitque, quo iussum est *Kuebler* | 26 enimvocē S | 27 deliciis SOαβ (Va) divitiis M (Vpt) |

p. 26 Z. ad illum transnuberet, Pausanias quoque opportunum tempus existimans, quia Alexander tunc forte aberat, cuius iam formidolosum nomen erat nimium, repente irruit super Philippum eumque vulnere praevenit. Qui cum letaliter ictus esset, festinat mox Pausanias ad raptum Olympiadis. Igitur, cum adhuc populus in theatro turbaretur, forte rebus ex sententia perpetratis Alexander supervenit offenditque turbas et Philippi vulnera. Quibus cognitis irruens regiam deprehendit Pausaniae violentiam. Cumque eum iaculo destinaret tenereturque formidine matris vulnerandae, Olym-
p. 27 Z. pias sic eum adhortatur: „Iaculare," inquit, „fili, iaculare; ne dubites!" [Val. 28, 12.] Enimvero Alexander, cum adhuc Philippum spirare comperisset, iussit Pausaniam illorsum advehi gladiumque in dexteram patris misit, quo manu eius oppeteret, occiditque eum. Ergo iam moriens Philippus ait: „Nihil est, quod me vitae finis aut mors contristet; ultus enim auctorem iniuriae libens oppetam." Et adiecit: „Reminiscor," inquit, „o Alexander, deum matri tuae praegnanti praedixisse, quod vindicem filium esset paritura." Et his dictis spiritum exhalavit. Alexander quoque mox regiam procuravit ei sepulturam.

25. [Val. 28, 27.] Ac deinde ascendens eius statuam convocataque universa multitudine plebis ait: „En tempus est, ut, quicumque Alexandro cupit militare, foedus inire cum illo festinet. Namque mihi dignum videtur bella in eos primum movere, qui nos pridem re, nunc autem cupiunt spoliare etiam et libertate." His dictis acquiescit omnis miles, ac si divinitus monitus fuisset. Tum Alexander reserans thesauros patris arma opesque distribuit cunctis.

26. [Val. 30, 17.] Connumeratis igitur militibus quos ipse recens scripserat, congregat Macedones quindecim milia

---

2 haberat S | 6 in tetro α | 12 denubites S ne formides α | 13 illo α illorsum (*lit.* rsu *in rasura*) M | 14 gladium dextram S | 17 enim] in O | 18 inquit *om.* O | o *s. l.* S | 19 quod] qui α | 20 calavit α | 20/21 ei mox reg. proc. sep. SO | 22 statua S | 23 universa] omni O | 24 est *om.* M | cupit] caput S | 25 videtur dignum O | bella movere primum in eos M | 26 rem S | 27 spoliari nostram libertatem β | et *om.* O | 28 referans S | 29 patres S |

p. 27 Z. pedites auxiliaque diversa in octo milibus, equites vero indigenas duo milia septingentos, levis vero armaturae Thra-
p. 28 Z. cas octingentos. Unde hoc numero cum veteri milite congregato collegit admodum septuaginta milia sexcentos quatuor militantum. Tunc viae sumptum e Philippi thesauris abundantissime sumens classique elaborata transit in Thraciam.

29. [Val. 31, 3.] Illic ergo rebus ad ordinem redactis pergit Lycaoniam, cui nunc recens aetas Lucaniae nomen dedit. Igitur eius loci magistratibus ad amicitiam foederatis transmittit protinus ad Siciliam. Exinque Italiam transiens legatione pariter et honore potitur Romanorum. Per Aemilium quippe, qui consul tunc temporis erat, coronam auream ei margaritis insignitam dirigunt ad argumentum amicitiae perpetuo post futurae. Idque Alexandro magnae gratiae fuit et verbis liberalibus Aemilium honoratum remittit. Addunt etiam duo milia militum et argenti pondera talentorum quadraginta.

p. 29 Z. 30. [Val. 31, 29.] Hinc igitur pergens omnem Libyam peragrat.

34. [Val. 43, 22.] Collecto autem in unum omni exercitu ad Aegypti ulteriora contendit classi iussa sese apud Tripolim opperiri. Aegyptii quoque eum veste et sede regni dignum duxerunt, secundum Sesonchosin venisse dicentes. Intuetur ergo ibi ipse statuam quandam nigro lapide, cuius causam percunctans responsum accepit hanc illius Nectanabi fuisse, qui olim infestantibus Persis, cum deorum monitu praescivisset fortunae suae lapsum, locum casuum declinavit. His Alexander auditis statuam complexus patrem salutat eiusque se filium profitetur.

---

1 millia β | vero] ergo M *om.* O | 2 armatura β | tracas SO | 5 tum O | philippe S | 5/6 abundandissime S habundandissime M | 6 thrachiam O | 8 lychaoniam S | 10 exinde O | 12 quippe *erasum* β | tunc consul M | auream coronam O | 14 gratiae *Epit. codd.* (V a t) gloriae V p, *vide Kueblerum ad Val. 31, 15* | 15 liberabilibus S | 18 libiam O | 20 in uno O | 21 ultiora S | 21/22 classem iuxta iussit opperiri β | 22 trinopolim O | 23 dignum *om.* M | duxerunt] dixerunt M | secundum *om.* M | sesoncrosin M | dicentes *om.* M | sensonchosin praedicantes O, *cf. Val. 44, 4. 5.* | *post* dicentes *add.* talem ac tantum sibi regem advenire gratulantes β | 24 ergo] ego S | 29 que *om.* S |

p. 29 Z. 35. [Val. 45, 27.] Rursus recepto omni exercitu Syriae per quascunque sibi transitus fuerat civitates nomini suo addidit ac deinde Tyrum advenit. Sed enim Tyrii moenibus obseratis ingressum illi denegant. Ipse vero, dum urbem violenter diripere vellet, multis Macedonum caesis pedem refert. Post haec autem excidium Tyriis minabatur missisque internuntiis litteras eis huiuscemodi iussit deferri: „Imperiale videbatur cum clementia ac iustitia me p. 30 Z. vestrae urbi dominari. Sed cum vos primi omnium extitistis, qui meis iussis insolentius obviaretis, terribile exemplum aliis praebebitis, quid virium sit in Macedonum dextris. Valete, si sapitis; non enim valebitis, si in his perseveratis.“ His litteris Tyrii lectis primates legatos corripi iubent ac tormentis primum affectos crucibus affixerunt. His incentivis exstimulatus Alexander gravi indignatione permotus vehementiusque urbem adgressus diruit ac vastat omni sexu et aetate perempta.

36. [Val. 47, 15.] Tyro dehinc satrapam praeficit. Tumque Syriam perrexit accepitque ibi Darii regis Persarum litteras in hanc sententiam scriptas: „Rex regum Darius et consanguineus deorum Alexandro, famulo meo, iubeo dicoque haec. Mando tibi reverti ad parentes tuos, famulos scilicet meos, atque in gremio matris cubantem doceri virile officium. Ad quam rem habenam scythicam tibi et pilam loculosque cum aureis misi. Habena admonet te disciplinae videri indigentem, pila vero, quod eius lusitatio tuae congruat aetatulae, non haec opera, quam ritu latronum tibi consimilium aggressus es. Nam si omne huiusmodi homi-

---

1 recepto exercitu omnis syriae O | 3 addedit β | 4 obseratis *Epit. codd.* (Va) clausis Vt *om.* Vp. | 9 primum M | 11 quid] quot SOMβ (*sed* quid β *in marg.*) | virium] intrium S | 13 tyriis α | legatus est S | 17 peremta αβ | 18 praefecit Oβ | 22 tuos *om.* O | 23 virile *ex* virilem *corr.* S | 27 ritum S | 28 consilium Mα |

---

3. O (*inter* addidit *et* ac): [Val. 45, 29] unde mille etiam cum cataphractis (catafractis O) viros accepit (accipit V), quod armaturae genus orientis inventio est.

p. 30 Z. num genus pari conspiratione tecum conduxeris, Persarum imperium nequaquam terrere poteris. Tanta quippe mihi p. 31 Z. exercituum multitudo adest, ut nulli melius quam arenae maris possit comparari. Auri porro atque argenti haec copia, ut, si mihi libitum esset, totam humum inde consternere possem. Quapropter aureos tibi misi, uti, si ad reversionem sumptibus indigebis, habeas, quo tibi tuisque necessaria emas. Sin autem iussionibus nostris obaudire distuleris, protinus mittam viros, qui te vinctum atque contumeliose verberibus affectum maiestati nostrae deducant."

37. [Val. 48, 12.] Haec dicta primates Alexandri nimium perterruerunt. Quod ubi ipse mente percepit, in haec verba prorupit: „O Macedones nostri, quid tandem adeo dictis barbaricis perturbamini? quae arrogantiae quidem vanitatisque habent testimonium, non confidentiae probationem. Nam et canibus imbecillioribus mos est, quanto plus defuerit virium, eo magis latratibus indulgere. Haec mihi visa est competentior ad Darii iactantiam comparatio, qui, quod praestare viribus nequit, verbis minatur." Atque his dictis roborat pavitantia corda suorum. Persas ergo, qui legationis gratia venerant, donatos omni eo auro, quod secum attulerant, remittit in sua cum litteris huiusmodi:

38. [Val. 50, 1.] „Alexander rex regi regum consanguineoque deorum Dario salutem dicit. Turpe mihi videtur nimiumque abhorrens, tantum regem totque viribus, ut sese iactat, confisum, sub ditionem contemptibilium, ut p. 32 Z. retur, homullorum deventurum atque inter eos abiecto cuidam ac latroni Alexandro diu graviterque serviturum. Quaeso igitur, quorsum te sententia duxit, quoniam dixisti te auri argentique opibus aestuare? An ut his cognitis, auri si nobis fervor aut desiderium inest, obstina-

1 contraxeris β | 3 adest] est O | 5 copia est α | 7 indiges M | 8 sin] si O | 9 viros *om.* O (V) | 13 prorumpit O | quid] quod S | 18/19 qui quod viribus non potest M (non potest *pro* nequit *etiam* V) | 21 legationis *ex* legationes *corr.* M | eo *Epit. codd.* (Vp) *om.* Vat. | 24 consanguineo quia α | Dario] ut fatur β | 26 iactitat β | consitum *Epit. codd.*, *correxi ex Val.*, *cf. Adn. crit.* | ditione SOMβ | 26/27 ut retur *om.* M | 27 homunculorum O | 28 deserviturum β | 29 sentia S | 30 an ut his] anotis MA non ut S an non β |

p. 32 Z. tius atque audacius dimicaremus adversum vos, scilicet spe maioris praedae? Addis etiam misisse te mihi habenam et pilam loculosque cum aureis, de quibus, quamvis tu, uti visum est, dictitares, ego tamen mihi velut auspicato cuncta ex te concessa profitebor. Namque habenam accipi oportet, qua habeam uti in subiectos tibi. Pilae vero simulamen ob rotunditatem sui totius orbis mihi imperium repromittit. Quodque tertium addidisti, loculos auri, opum tuarum me dominum futurum testantur subiectumque te viribus meis."

39. [Kal. 51, 14.] Enimvero lectis his Alexandri litteris Darius arrogantius motus ad satrapas suos ultra Taurum montem regentes scribit talia: „Fertur quidam adolescens insanire, Philippi filius, Asiamque universam incursare; p. 33 Z. super quo placet nobis, ut verberibus puerilibus graviter affectus indutusque post veste purpurea matri reddatur; ⟨igitur oportere⟩ satrapas quidem [et] classem eius una cum nautis ponto submergere militesque cunctos ferro vinctos ad rubri maris ulteriora transduci." At satrapae respondent regi talia: „Miramur adeo, rex, te hactenus talia latuisse atque multitudinis impetum tantae nostratibus supervenisse. Boni igitur consules et quam primum cum exercitu potentissimo eidem obviabis."

40. [Val. 52,21.] Ad ipsum igitur rursus et nominum arrogantiam et consortium deorum vindicans sibi Darius scribit talia: „Latuitne, Alexander, te solum nomen honorque Darii, quo nos participat supera maiestas? Sat ergo habeo vel hoc unum imprudentiae signum, quod nos ratus es vestratibus similes. Quin ergo errata corrige, nec his ultra addas incrementum. Censeo autem, uti

4 dictitaris OM (Va) | 6 qua] quam O | 7 promittit S | 8 tertio O | 9 futurum] ficturam S | 10 his Darius litteris Alexandri O | 14 verboribus S | 16 igitur oportere *ex Val. supp. Reitzenstein* | 16 et *delevi* | 16/17 cum nautis *om.* M | 20 atque e multitudinis impetu tanta *Epit. codd., correxi ex Val.* | 21 consules M (V) consulas S O αβ | 26 honosque O αβ | superna O | 27 sed ego α | 27—29 *sententiam* Sat ergo . . . similes *post* Quin . . . incrementum *habet* O | 28 nostratibus O | 27/28 quod nostrates nequaquam sunt vestratibus similes β | 29 autem. *om.* α | 29/21,1 ad adorandum OM αβ, *cf. Adn. crit.* |

p. 33 Z. adorandum me venias. Quod si feceris, Iovem cunctosque parentes meos iuro e meo pectore protinus omnem tui iniuriam recessuram."

41. [Val. 53,18.] Enimvero Alexander his auditis iurat, ultra non verbis, quin potius strictis gladiis rem peragendam.
p. 34 Z. Per Arabiam igitur exercitum suum aciemque iubet extendi. Quo viso Darius, spem primam atque eam maximam in falcatis curribus ponens, ipse quoque exercitum iubet aptari. Verum Alexander incurrentibus curribus per acies locum transitui pandi praeindicavit sicque in currus transeuntes peditesque sequentes iacula torqueri. Cum ergo diu spes exitus fluctuaret atque utrimque graviter dimicaretur, tandem repentino imbre procedente Persae, caelitus sibi adversari dicentes, fugam capessunt; fit quoque Darius ipse praecursor amisso curru equoque conscenso veloci. [Val. 55,1.] Sed enim Alexander hanc sibi peculiarem appetens gloriam, si rex fugiens comprehenderetur, animosius eum insecutus currus quidem atque arma regalia matremque atque uxorem nec non et filias Darii comprehendit; ipsum vero Darium tenebrosa nox et cursus velocitas liberaverat. Macedones autem potiti victoria in castra persica migravere. Alexander vero cunctos, quos in bello mors inclitos fecerat, inquiri iubet ac magnifice sepulcris honorari. Matrem quoque Darii et uxorem et filias regio cultu prosequebatur.

42. [Val. 56,6.] Darius igitur recollecto ac contracto
p. 35 Z. post fugam longe auctiori numero in Alexandrum moliebatur. Quod ubi Alexander comperit, mox ad Scamandrum ducem suarum partium scribit ac mandat, uti sibi auxilia ex diversis locis mittere procuraret. Ipse autem peragrata

1 quod] quos α | 4 his auditis Alexander iurat O | 8 iussit SO | exercitum aptavit M | 9 inruentibus O | 10 pandi transitui S | transitu O α β | praeiudicavit *Epit. codd. correxi, cf. Val. 53, 26.* | 13 caelitus *Epit. codd. et* Vap, caelites *Maehlius in Val. recte* | 14 fit] fugit O | 15 praecursor *om.* O precessor S | 17 comprehendat α | 20 liberavit OM α β | 21 autem] vero O | victoria *s. l.* M | 22 vero] autem O | 22/23 quos bellum inclitos fecerat M | 24 regi occulta α | 25 a *verbo* post *usque ad p.* 23, 16 atque *collatus est* L | 28 ubi Alexander comperit, mox ad scamandrum *in marg.* S | 27 mandat talia O |

p. 35 Z. omni Achaia multisque civitatibus adquisitis collegit centum et septuaginta milia armatorum Taurumque transducit. In cuius montis vertice hasta defixa dixisse fertur, ut, si quis illam rex milesve graecus aut barbarus humo evelleret, excidium patriae suae suorumque meminisset. [Val. 59,5.] Hincque divertens iter instituit ad Darium.

46. [Val. 61.21.] Sed cum per Thebas iter egisset, Thebani protinus portis obfirmatis arma sumpserunt et ad resistendum sese paraverunt quingentosque armatos e suis muris insistere ac voce magna clamare iussere ad Alexandrum, scilicet uti aut ad bella procederet aut de moenibus et obsidione discederet. Sed ad haec Alexander subridens: „O vos stultissimos," inquit, „dicam, qui, cum ipsi custodiam murorum vallo teneatis, nobis praecepta bellandi praebetis." Etenim protinus mille equites iubet circum-
p. 36 Z. vallare eos, qui in muris constiterant iaculisque ac telis debellare, pedites vero securibus vectibusque adgredi claustra portarum ac fundamenta subruere murorum. Atque ita tertia fere die conlapsis omnibus, quae obstabant, invehitur Alexander Thebas eamque diripere festinat. Ad quam fortunam ceteris stupentibus prae vi malorum, uni forte subiit consilium, uti aptaret tibias caneretque melos regi. Atque dehinc provolutus pedibus tyranni ita eum alloquitur: „O fortissime regum, hancne urbem exscindes,

---

1 collegit *om.* L | 2 transduxit α | 3 vertice] cacumine α | 5 patriae] patris α patriae *s. l.* suae *in ras.* L | indeque L | 6 institit L (V) | 7 thabas S | 11/12 aut de moenibus et obsidione discederet *in marg.* S | 13 O vos] quos L o vos inquit O, *cf. Adn. crit. et Val.* 62, 3 | 14 bellandi praecepta O | 15/16 circumvallare *ex* circumvallere *corr.* S | 16 muris *ex* numeris *corr.* S | institerant α | ac telis *om.* α | 17 debellari β | 19 obstatabant α | 20 Alexander *om.* O | diripere] superare β | 21 vi] vim SL viis α |

5/7. O (*inter* meminisset *et* Sed): [Val. 59, 1] Huc usque tamen comes eius itineris ac laboris mater Olympias fuit; sed exim participato convivio cum illam ad Macedoniam remisisset, dat una ducere comitatum spectabilis multitudinis optimatium captivorum ipseque divertens iter institit ad Darium. Indeque ad Euxinum tendit omnesque urbes eius litoris vindicat.

p. 36 Z. quam dii immortales prosapiae tuae principes tibi peperere? Reminiscere hinc Liberum ortum, hanc Herculis nutricem! Hos etiam muros Amphion Zethusque, tuae pars maxima stirpis, aedificaverunt. Boni igitur consules et ab hac tam sacrilega actione quiesces." Sed neque carmine neque his dictis potuit sedari martium pectus, quin potius igne ferroque vastat tot saeculis nobilem urbem.

47. [Val. 64,7.] Deinde Thebani, quicumque fuga evaserunt, congregati, ut tempus fuit, mittunt ad sciscitandum Apollinem, si forte redintegrare urbem fata permitterent, responsumque acceperunt huiusmodi:

p. 37 Z. Maiugena, Alcides et Pollux cestibus auctor
Arte sua Thebis reditum cultumque dedere.

[Val. 64,17.] Post haec itaque Alexander Corinthum adgreditur. Sed forte acciderat sollemne certamen apud illos agitari petieruntque Alexandrum, uti adesset atque illi certamini praesideret. Annuit rex; cumque plurimos coronis donisque largissimis pro merito muneraretur, Thebanus quidam, Clitomachus nomine, profitetur certamen luctaminis pugnamque cestuum atque pugillatus. Cumque primum luctando adversario praestitisset coronamque laboris exegisset, iubet Alexander eundem cetera prius exsequi promittitque, [quod] si pari fortuna obtineret, nihil omnium fore, quod sibi petenti rex negaret. Igitur ille et cestibus potior et pugillatu felicior revertitur ad regem coronandus. Cumque ab eo ex more quaereret praeco, qui esset nomine, quemve se civem profiteretur, Clitomachum se nuncupari respondit, civitatem vero se habere desisse. Additque olim se civitatem habuisse, sed priusquam Alexander regnum

1 principes prosapiae tuae L | 4 aedificavere L | 5 neque hoc carmine M | 6 sedare α | 8 quicum α | 10 urbem redintegrare O | 11 accepere O | huiusmodi *s. l.* L | 12 maiagena L | alchides SOLα acides β | 14 itaque] igitur O | 16 *verbo* atque *des.* L | 19 Clythomachus O clitomagus S | nomine *om.* O | 19/20 profiteor certamen luctaminis inire pugnamque in cestibus atque pugillatu β | 20 primum] plurimum M | 21 peregisset M | 22 iubet eum Alexander O | eundem cestus ludum primum exequi β | 26 ab eo] habeo S | qui] quis M | 28 se *om.* O (V) | addiditque SO |

p. 37 Z. adeptus esset; eo vero imperante sibi patriam deperisse. Hinc itaque Alexander intellegens, quo pergeret deprecantis intentio, edici praeconem iubet reaedificari Thebas esse p. 38 Z. permissum in honore trium deorum, Herculis, qui pugillatus invenerit, et Mercurii, qui repertor luctandi cluat, Pollucis etiam, qui cestibus sit magister. Eoque actum est, ut responsum Apollinis congrueret Alexandri edictis.

II. 1. [Val. 68,5.] Post haec igitur Alexander Athenas adiens civibus illis litteras mittit et infit: „Equidem spero vos mihi fidos dextrosque futuros, quorum doctrina me imbutum reminiscor atque ideo mihi Europa omnis subdita est. At, quia vos non secus meum velle sentire comperi, accipite sententiam meam, non verborum agmine gloriantem, verum ut sciatis vos boni consulturos, si praeceptis nostris libenter operam commodetis. Aut enim meliores esse oportet, aut melioribus obsequentes. Eaque re mille annua talenta mihi ab Atheniensibus dependi censeo.“

2. Ad haec Athenienses illi rescribunt in hunc modum: „Non nos diffitemur et patris tui vita diu offensos et eius morte esse gavisos; quod idem et de te, o inconsultissime iuvenis, sentimus. Quodsi tibi tanta est confidentia bellandi, paratioribus occursabis.“ — Rursus Alexander illis rescribit talia: „Iam olim Leontam mi- p. 39 Z. seram ad vos, qui excisos linguis vestros oratores ad me perduceret. At nunc consultius mihi visum est, me ipsum ad subvertendas Athenas properare, quae iussis nostris obiecerit contumaciam. Si vero huic experimento declinando consulitis, decem oratores vestros ad me deduci sinite; hoc

---

2 deprecunctis S | 3 edici praeconem] *ita* SM (Vap) ed. per praeconem O α β (Vt), *cf. Adn. crit.* | 4 honore *Epit. codd.* (V) honorem *in Val. recte Mueller* | 5 invenerat β | cluit *Epit. codd., corr. ex Val.* | 6 actum] factum M | 8/9 adiens Athenas O | 9 illius litteras misit α | et quidem α | 11 *post* reminiscor *lac. stat. Maehlius* | 12 atque vos non secus me α | secutus me S secundum me *Maehlius* | 14 consultores M (Vp) | 15 libentem OM (V) | 16 melioribus sitis β | 19 non nos diffidas β | diffidimus M | 23 scribit O α | leontiam α | 24 excisis linguis M β | excisis vestris adoratore α | 25 at] ad M | 28 duci M |

p. 39 Z. enim modo saevitiam nostram mansuescere poteritis.“ Quae res cum mox in curiam universum coetum contraxisset, percunctatus Aeschines orator in haec verba concionatur: [Val. 69, 4.] „Comprehendisse me sentio, o Athenienses viri, nihil commodis nostris aut saluti utilius, quam ut in hac sententia perseveretis, uti conditionibus praeceptisque regis pareamus, praesertim cum Alexandri institutionem et Philippi vehementiam reminiscar. Etenim Philippo arrogantiae mos proprior erat, Alexandro vero adsunt Aristotelis disciplinae. Forsitan etiam his condignam reverentiam deferet, a quibus sibi ortae sunt eaedem disciplinae, fietque profecto, ut omnem intentionem animi, quam ad nos armasse videbatur, in benivolentiam vertat; namque ipsi ars regnandi est tradita.“ [Val. 69, 23.] His dictis Aeschines <cum perorasset>, confestim Demades, unus e numero oratorum non ignobilis, subsequens hinc exoritur: „Quousque, Aeschines, nobis timiditates struis, territans nos et avertens a belli studiis, quibus semper incliti fuimus? p. 40 Z. Aut quae te tam infesta vis in haec verba sollicitat, cum tu olim suaseris et merito constanterque persuaseris, arma nos sumere adversum Persas et in illa tot hostium milia sola animi virtute militasse? Num horum tela aciemve perhorrebimus, qui avertimus Lacedaemonios, vicimus Corinthios, stravimus Megares, Zacynthiosque excidimus, ad postremum etiam tot milia Xerxis regis abegimus, qui mare molibus navibusque stravit, qui terram omnem exercitu suo operuit, qui ipsum aëra telis iaculisque velavit? O rem ridiculam, medius fidius! huic inconsultissimo puero non obviare nos, qui tot proeliis pollemus! Namque oratores nostros subtili quodam et clandestino sibi dari po-

---

1 potueritis M | 1/2 quae res] quaerens S | 2/3 percunctatus] haud cunctatus *Maehlius*, *cf. supra* 8, 18 *et Adn. crit.* | 3 heschines O | concinator S | 5 commodius O | utilius fore OM | 8 propior S (Vp) | 10 reverentiam condignam SO | deferret S | 11 eadem S | 12 ad] adversum O | 12 benevolentiam OM α β, *vide Val. 69, 21* | 13 namque] et nam O | 14 his dictis ab eschine α his dictis eschinis β, *conf. Val.*, cum perorasset *suppl. ex Val.* | 15 exoritur *ex* exoriatur *corr. M.*, *cf. Val. 69, 25.* | 17 qui M | 20 in *om.* M | tot milia etiam O | 24 Xerxi O | adegimus α | 25 molibus *ex* mollibus *corr.* O | 26 suo exercitu M | aera *om.* α aerem S | vallavit α | 27 ridiculorum β | 29 dari *om.* α |

p. 40 Z. stulat consilio, quo facile spoliatam custodibus urbem possit adire."

3. [Val. 72, 24.] Igitur Athenienses Demosthenis dehinc consilia flagitant, qui manu silentium populo tumultuanti indicens ait: „O cives viri, agitur haec curia, uti video, super tractatu, utrumne armà nobis adversum Alexandrum sint sumenda, an eius conditionibus obsequendum. Ad quod accedens non segniter me Aeschinis sententiam laudare profitebor. Usus est enim oratione admodum temperantissima, ex qua videtur praemonuisse neque diffidendum viribus, si bellandum foret, neque harum contemplatione praesens commodum neglegendum. [Val. 73, 18.] At vero Demades ita p. 41 Z. peroravit, ut putaret nos olim felicium gloriarum reminiscentes exemplisque earum instructos, arma in hostem esse sumenda. Sed neque eius sententia improbanda videtur." Conversus itaque Demosthenes ad Demadem ait: „Quaeso", inquit, „o Demades, uti mihi tales aliquos nunc promas duces, quales nos priscis temporibus habuisse manifestum est. Quodsi non adsunt tot talesve, utique tutioris consilii commoda nobis sunt volutanda."

1 sporiatam S | possit] post S | 3 demostonis S | 4 populo tumultuanti manu silentium O | 6 tractu SM (Va) tractatu O αβ (Vp) | 9 enim est O | temperatissima S αβ | 10 diffidentium α | 11 horum *Epit. codd.*, *corr. ex Val.* | praesenti commodo OM αβ praesenti quomodo S praesens commodum *scripsi Z secutus* praesentia commoda *Reitzenstein* | 14 armaque *Reitzenstein* | 15 sumpturos β | 16/17 quaeso itaque Demades M | 19 qui si non assunt tales utique α | adsunt] sunt O | utique *om.* M | sunt quaerenda O |

26,20/27,3. O (*inter* volutanda *et* profecta): [Val. 74, 2] Non enim si orationis verba satis compta atque aliis ornatioria prompserimus hinc nobis aliquid virium accessurum est, aut erunt arma nobis fabricanda de verbis. Licet enim haud dubie nobis profitendum sit Xerxi viribus longe fuisse minores, consilio tamen atque

2 orationis plusculum in curiam detulerimus aut compta satis atque ornatiora verba V (aliis *ex* O *supplendum est*) | 3 hinc] exim V | erunt *om.* V | nobis] nova V perperam | 4 et quamquam haud dubie Vp et quam haud dubium Va quamvis haud dubia res Vt | 5 Xerxi] illius V | tamen] vero V | atque] vel Va et Vt et *ex* in *corr.* Vp. |

p. 41 Z. 5. [Val. 78, 2.] Haec atque alia multa Demosthene prosequente fit consensus omnium mittuntque Alexandro coronam auream per eundem Demosthenem. Profecta itaque legatio offendit regem Alexandrum apud Plataeas civitatem insinuatque mandata suasionemque Demosthenis. Rex igitur in benivolentiam versus mox Atheniensibus rescribit talia: „Scriberem vobis, o Athenienses, ut rex. Sed ab hac me appellatione cohibebo, donec omni barbaria devicta hic effectus graeco proficiat nomini. Quia enim pridem vobis scripseram, decem oratores vestros ad me destinari, quod eorum culpa inobsequentiae argueremini, scitote non eo me istud consilio egisse, quo potentiam meam in eos, quorum disciplinis sum imbutus, experiri vellem, si enim id facto opus esset, utique una cum exercitu martioque terrore ad moenia vestra transcendissem. Sed quoniam haec ostentatio hostica et inimica est, idcirco prudentissimos vestrum convenire colloquio meo malui, ut cum his communis commodi iura tractarentur."

6. [Val. 80, 28.] Cum haec atque alia multa rex Atheniensibus respondisset, collecto omni exercitu Lacedaemona
p. 42 Z. profectus est. Adventanti igitur obiecta sunt claustra portarum, classemque armis et militibus instruxere. Quibus rex compertis scribit ad eos, uti boni consulerent et navibus derelictis armisque amissis amicitiae suae potius quam armorum caperent experimentum. Acceptis his

1 atque] itaque α | 8 appellatione me O | choibebo O coibebo M cohibeo β | 8/9 barbarica αβ | 11 inobedientiae M | 12 istud] id O | 15 conscendissem O | 16 hostia S | 18 commodi *om.* α | 20 Lacedaemonia (i *eras.*) M.— 21 sunt] fuit O | 22 construxere α | 24 derelictis] *Epit. codd.*, *corr. ex Val.* | amissis *Epit. codd.* depositis *legendum erat cum* V |

prudentia exstitimus potiores. Nunc autem video ne illud quidem Alexandro deesse, quo a nobis Xerxes potuerit superari. Haec atque alia multa Demosthene prosequente fit consensus omnium, decernitque Alexandro mittendam coronam auream pondo quinquaginta.

1 exstitimus *om.* V | 6 tamen intelligo videoque V | 4 mittenda corona aurea O |

p. 42 Z. litteris Lacedaemonii, neque ob hoc flexi, confidentius in arma concurrunt. At vero Alexander flammis iniectis martioque instrumento excidium graviter minabatur. Quare supplices submissique procedunt Lacedaemonii, flagitantes, ne sibi suisque quicquam mali inrogaret. Ad quos rex ait: „Scio me integris etiam rebus id consulere voluisse. Sed cum vos id post classis vestrae incendia supplicetis, non improbo tamen vel serum poenitendi consilium.“ Et his dictis quiescere iubet ab expugnatione milites.

7. [Val. 82, 9.] Tunc rebus compositis ire in barbaros parat itinere per Ciliciam ordinato. Itaque Darius, satrapis in unum conductis ducibusque universis, belli consilia quaerebat. Dolebatque illum bellicae rei incrementis sublimari, quem saepe latrunculum nominasset; audaciam tamen et fortitudinem eius saepe admirari laudareque solebat. [Val. 83, 1.] Quod videns frater ipsius Oxyathrus nomine ait: „Heu“, inquit, „o frater, o rex, quid hoc tandem rei est, quod tantum huic Alexandro laudator testis ades? Num haec iam tibi meditata sententia est, ut illi
p. 43 Z. regno tuo cedas Macedoniamque tibi non vindices? Quin potius imitare industriam hostis tui hortorque ut exemplis eius utaris. Quippe vides illum ne ducibus quidem nec praecursoribus confidentem, sed sibimet officia totius laboris vindicantem. Primusque lituo intonat atque ad bella concitat omnes.“ — [Val. 84, 10.] Protinus ergo iubet Darius omnem undique armatam multitudinem convenire.

8. Alexander quoque iter per Ciliciam agens, cum multum spatii sub aestivo sole armis onustus pedibus exegisset, forte cum Cydnon nulli secundum vel

---

4 summisique S | 5 suisque] quisque M | irrogasset M | 9 iussit SOM | 11 Cilicium S | 12 ducibus universis M | 14 nominarat O | 14/15 audaciam tamen et fortitudinem eius saepe admirari *om.* O | 16 oxiatrus OM | 20 tibi *om.* α | vendices SMα | 21 hostiam industriam hostis hortor utque exemplis α | 22 vitaris S | 23 confitentem S | 24 vendicantem SMOαβ | insonat *ex* intonat *corr.* O | 27 siciliam M | 29 cum id non α | cum cid secundum non nulli M | cignum *in. marg.* O | vel *om* β |

p. 43 Z. magnitudine vel perspicui agminis rigore flumen transire deberet, delectatus eius et magnitudine et evidentia simul cum armis sese praecipitat e ponte ac natabundus exit. Sed id factum licet ei ad testimonium fortitudinis fuerit, valitudinem tamen discriminosius vicit. Quippe calente tunc et sudante corpore incidens aquae illius vehementiam, rigore nervorum tantam iniuriam perniciemque tradidit, ut vix ex-
p. 44 Z. piabilis videretur. Sed cum hoc labore diu fatigaretur, Philippus quidam nomine, doctus artis eiusdem, poculum regi conficit, quod ei plurimum profuturum dixit. Id cum die statuto Alexander hausurus esset, Parmenion, Philippo medico infestus, litteras mittens monet Alexandrum, ut ab hoc se poculo temperaret, dicens eum id eius rei causa fecisse, ut saluti eius insidiaretur sororemque Darii cum regni parte eius rei mercede esse accepturum. Verum Alexander suspectans litteras ad caput lectuli ponit, cumque poculum haustu admoveret, dat Philippo epistolam legendam. Denique cum curatio illa ad pristinum statum Alexandrum deduxisset, mox Philippus ultionem mendacii quaerit, rexque Parmenionem protinus poenas capitis dependit.

8. [Val. 85, 21.] Igitur recepta valitudine Alexander per Medos exercitum ducens, laboriosum nimis iter per desertum emensus est. Sed cum omnis Darii exercitus iuxta Tigridis

---

1 magnitudinem α | spicui S α | annis O | rigorem α | 2 delectatus est S | eminentia β | 3 cum armis *post* praecipitat M | 4 fuerit *om.* M | 5 tunc *om.* M | 6 suadente S | 7 nervorum SMOβ nervis Lα, *cf. Adn. crit.* | tradidit SMα traxit Oβ | mox SOMβ non α, *corr.* Z | 7/8 expirabilis *ex* expiabilis *corr.* O | ut mox expirare suis videretur *Maehlius* | 8 dum OMαβ | 9 quidem β | artis medicinae β | 10 confecit Mβ | 11 hausurus *etiam* Vp | 13 temperet αβ | eum *ex* eam *corr.* S | id] ad Sβ | mercedem M | 16/17 haustum poculum M | 20 poena OMαβ | dependit] dampnavit *Maehlius, sed cf. Val. 85, 20* | 22 nimis] inviis α | 23 Sed] dein O |

---

23. O (*inter* emensus est *et* sed cum): [Val. 85, 28] tandemque ad Euphratem fluvium venit magnitudine haud cuiquam facile secundum et, ut iter suis incunctantius persuaderet, primus omnium pontem emensus auctoritatem cunctis audaciae praestitit. Omni igitur iam multitudine impedimentisque transmissis illico solvi

---

2 venit] veniens V | cuique Vp | 3 incunctantibus Vp |

p. 44 Z. alveum locaretur et adventum Macedonum exspectaret, nec dubitans Alexander instructa acie obiecit sese hostibus. Coeptoque conflictu ferventique re bellica unus e Persis indutus Macedonicis armis a tergo Alexandrum infestans ferit. Sed ictus ille propter galeae fortitudinem frustra
p. 45 Z. habitus dissiluit confestimque ad comprehendendum virum satellites properant regique eum offerunt. A quo cum Alexander requisisset causas huius facti, ait: „Primum quidem, o Alexander, scias me non ex numero tuorum militum esse; enimvero Persa, vestratibus armis indutus, dignitatem huiusmodi apud Darium pactus sum, ut, si te interfecissem, partem regni eius cum filia ad coniugium promererer; quae profecto fierent, nisi tecum fortuna magis quam mecum stetisset.“ — His Alexander auditis promissi et audaciae laudatum ad propria redire concessit.

13. Deinde collecta innumerabili multitudine exercituum iam propius accessit, adeo ut etiam in conspectu Persarum assideret. Adventum quoque suum primo ita prodidit: coacta quippe in unum innumerabili multitudine armentorum comprehendi iubet eorumque cornibus et caudis ramos frondentes adnecti, utrumque imitatus, ut et cornibus erectis silvestrem quandam speciem agerent et tractis ramulis, qui in caudis ferebantur, pulvis excitus dinoscentiam veri eminus confudisset. Ex hoc pulvere nebulaque obstupefacti

2 abiecit β | 4 infestinans β | 5 guleae S | 6 disiliit M | 7 offerunt (t *er.*) O | 8 causam M | 13 quid profecto fieret α | 14 stetisset] fuisset α | 15 laudabilem α | 16/20 exercituum *usque ad* comprehendi *om.* O | 17/19 iam *usque ad* armentorum *in pag. calce* M | 16/17 collecta *usque ad* exercituum *delet* Reitzenstein | 17 in conspectu *om.* α | 19 multitudini S | 20 comprehenda α |

pontem iubet. Quod cum exercitus universus indignantius accepisset, ipse tamen secum reputans [Val. 86, 27], ut si forte ignaviae aut metus occasione reditus requireretur, longe fore melius illic occumbere gloriose quam post nomen victoriae praecedentis dedecorosius evasisse.

6 quod] id V | 7 ignavius Vp | 8 aut metus occasione *om.* Vp |

p. 46 Z. Persae veluti ad opinionem magni exercitus stupore defixi sunt. Sicque Alexander prope Strangam fluvium castra metatus est. His ergo ferme diebus Alexandro bonum visum est, ut ipse pro sese internuntius ad Darium iret.

14. [Val. 91, 30.] Comitatus ergo Eumedo atque alio uno satellite ad Strangam fluvium devenit, qui fluvius plerumque ex vehementia nivium adeo stringitur, ut etiam carris onustissimis viabilem sese praebeat, unde et tunc gradibilis Alexandro fuit. Ibidem ergo Eumedum subsistere atque se exspectare iubens, ipse uno usus equo coeptum iter agit tentoriaque Darii adiit. Sed forte Darius tunc praevidendi exercitus sui causa processerat. Cui revertenti obvius factus Alexander ait: „En tibi adsum, internuntius quidem Alexandri, cuius mandata sunt talia: »Ego, inquit, arbitror eum regem, qui minus festinanter contendit ad proelium, ipsum sui ignavia et diffidentia testem esse.« Quapropter respondeto, quod tempus agitandi proelium dederis nobis.“ — Tum Darius: „Numnam,“ inquit, „tu ipse ades, Ale-
p. 47 Z. xander, qui nobis adeo constanter confidenterque bellum indicis?“ — Negat ille sese Alexandrum fuisse, enimvero eius internuntium. Post haec rex comprehensa manu Alexandri secum in regiam deducit.

15. Igitur ubi tempus coenandi fuit rexque accubuit ceterique iuxta quod eis mos erat, iussus quoque est Alexander sedentarius adversum Darium discumbere; contigitque eum ibi aliquid memorabile facere. Nam quodcumque vas ad bibendum sumpsit, ebibito vino vas sibi in sinum recon-

1 magni] magis M | 10 uno usus *om.* α | 11 tunc Darius O | 12 *in verbo* causa *desinit* S *cum pagina extrema legi non possit* | 16 ipsum iam O | ignaviae et diffedentiae O ignaviae et diffidentiae β | 18 tunc α | numnam *om.* α num M | ipse tu inquit O | 20 sese *om.* O | 21 manu *om.* M | 22 deduxit β | 25 sedere atque adversus β | adversim O | 26 quotcumque α |

22/23. O (*inter* deducit *et* igitur): [Val. 93, 9] id quoque auspicato sibi fieri Alexander arbitratus est, quod volente rege in eius regiam deducebatur.

24. O (*inter* ceterique *et* iussus): [Val. 93, 12] secundum ordinem dignitatis, ut illis mos erat, discubuere.

p. 47 Z. debat. Quod cum Dario a ministris indicaretur, prosiliens ille furore plenus: „Quid,“ inquit, „hoc est, quod pocula oblata furtim avertisti?“ — Respondens Alexander: „O rex,“ ait, „morem aestimans hic nostri Alexandri servari id, quod apud nostros didiceram, exsecutus sum. Nam [de] principibus ac ducibus suis, quos suo convivio dignatur, quotcumque pocula sumpserint haurienda, sibi propria habere permissum est. Me quoque illi te in hoc facto parem putasse ne in contumeliam traxeris.“ Atque hoc blandimento responsionis sedata et mitigata est ira regis silentiumque factum est magnum. [Val. 94, 8.] Sed id silentium ad periculum vergit. p. 48 Z. Unus quippe ex convivantibus, Pasarges nomine, olim a Philippo hospitio susceptus, in mentem sibi redisse profitebatur hunc ipsum Alexandrum se ibi puerulum vidisse. Quod ubi Alexander mente percepit, una cum poculis, quae sinu gestabat, prosiliens exiit moxque pro foribus offendit unum e Persis equum, quo advectus fuerat, tenentem. Custodem quidem equi gladio transfodit conscensoque equo fugae consuluit. Quod Persae videntes arma sumentes fugientem insequi properabant. Sed illis molitio tardior et Alexandro fuga efficacior erat. Darius autem damno hostis elapsi nimio maerore afficiebatur. At vero Alexander eundem alvei locum, quo venerat, se appetere sperans incidit in alium non congelatum simulque in flumen ipse et equus in profunda cernuantes prosiliunt; iam quippe nox erat. Ipse autem equo impulso natatu exiit offenditque Eumedum, quem ibi prius reliquerat cum equis duobus; cui mox rei gestae seriem explicat; utque ad castra exercitumque suum pervenit, duces primatesque suos laetos facto participat.

---

3 furto M | 5 didici O | 9 duxeris β | 11 vergitur β | 14 ipsum *om.* O | 15 quod] qui α | 16 prosiliens *om.* α | exit OM | 18 quidem *om.* O | 22 maerore] terrore α | 24 alium] alveum M | flumine α | 25 certantes α | 26 natatu *om.* O | exit OM | eumedem O | 27 dereliquerat *Boysenus* | 28 explicat] indicavit M |

---

2. O (*inter* plenus *et* quid): [Val. 93, 24] ratus id damnum ad contumeliam fieri.

p. 48 Z. 16. [Val. 96, 13.] Sequenti ergo die instructam ordinatamque aciem iuxta Strangam fluvium collocat. Videntque iam intrepidi Macedones Darium cum suis adventare. Statuit tunc p. 49 Z. Alexander, ut nemo de suis flumen transire auderet, datque locum Persis transeundi ac secedens tribuit spatium illis pugnandi. Itaque Darius omnem exercitum suum flumen transire iussit commissoque proelio facta est strages magna utrinque; ac tandem Persae, more sibi non inconsueto, fugae consulunt Dario praecedente. Cumque omnes pariter flumen inconsulte irruerent, Stranga suum officium deficit omnesque ingressos submergit ac necat; reliquos vero Macedones insecuti obtruncant. Tunc Darius omni spe meliori deposita ingressus regiam suam humi sese miserabiliter eiulabundus prostravit.

17. Lamentatione nimia fatigatus tandem quiescens scribit Alexandro in hunc modum: [Val. 98, 15.] „Domino meo Alexandro Darius salutem. Competentius feceris, si mise-

1/2 sequenti ***usque ad*** collocat ***om.*** α | 6/7 itaque ***usque ad*** iussit *om.* M | 7 iussit] fecit α | 8 sibi ***om.*** α | insolito α insueto O | 10 suo officio β | defecit] deserit α | 11 ingressos ***om.*** α | submersit β | 15 tandemque O |

32, 29/33, 1. O (*inter* participat *et* sequenti) [Val. 95, 29]: Omnem exercitum sibi iam iamque adesse instructum armis iubet. „En“ inquit „ne sit vobis aliquid, milites, quod cunctemini, quaecumque fuerant ex hostibus noscitanda ipse per me praesens oculis deprehendi. Sunt enim illa inexplicabilia hostium milia, sed enim seges prorsus facilisque materia manibus ac virtutibus vestris cedent, nisi cui vestrum arduus quidem ac fugiendus hic labor, o Macedones, videtur.“ Ad haec dicta gratantium voces et laetitia militum congruebat, omni scilicet alacritate bellum desiderantium.

3. O (*inter* adventare *et* statuit) [Val. 96, 16]: omni videlicet parte terrarum, qua visentium oculi vagarentur, phalangis eius atque ordinibus confluentibus.

7/11. O (*inter* iussit *et* reliquos [Val. 96, 21]: ordinesque suos perinde in aciem constituit. E diverso autem cum longe tran-

3 En ***corruptum*** ne ***Kuebler*** | 7 virtutibus nostris Vp | 7 ac] et V | 8 videatur V | 10/11 scilicet V | 12 falangis O | 14 exercitus ordines ***Kuebler*** |

p. 49 Z. ratione impertias illos, quos tibi fortuna subiugavit. Quaeso igitur, uti matris coniugisque ac filiorum nostrorum, ut te dignum est, meminisse digneris mihique eos remittas. Eius tibi benevolentiae vicissitudinem spondeo, ut thesauros omnes, quoscumque reges ac patres mei humi suffossos mihi reli- p. 50 Z. querunt, ipse tibi tradam. Persarum quoque et Medorum aliarumque gentium tibi regnum concedo."

19. Verum Alexander cum hoc sese minime facturum denuntiaret, Darius protinus Poro, Indiae regi, scribit talia: [Val. 101, 26.] „Mi Pore, quaeso, uti gentes plurimas congreges mihique ad auxilium adversus Alexandrum mittas. Nec deerit vobis condignus honor. Nam unicuique pediti dabo aureos tres, equiti vero quinque, et cetera, quae in alimentis necessaria sunt, te praedae medietatem; at tibi, quod maximum praecipuumque munus est, equum scilicet eius Bucephalam, una cum omni regio ornatu." [Val. 103, 6.] Verum haec nequaquam latuerunt Alexandrum acceleratque Darium praevenire, antequam in Caspias portas intraret.

20. Aderant tunc Dario iam fugam molienti duo satra-

2 te *om.* β | 9 regi *om.* β | 16 regio omni O |

quillius doctiusque Alexander Macedones in cornua praetendisset, ipse Bucephala suo vectus imperatoriis officiis fungebatur. Tandem igitur lituo praecinente commissoque proelio pari utrimque concursu partes in sese procurrunt, primumque saxis ac missilibus iaculati mox ensibus etiam strictis comminus proeliantur, factaque est strages magna utrimque, multaque diei parte consumpta tandem Persae more sibi non inconsueto fugae consulunt Dario praecedente. Cumque omnes pariter flumen inconsulte inruerent, Stranga suum officium glacie cedente deficit, ingressos submergit omnesque, quos alveo acceperat, necat.

16/17. O (*inter* ornatu *et* acceleratque): [Val. 103, 6] Sed Alexandrum ista nequaquam latuere doctum ex transfuga Persa quodam. Quare coacta manu ad regiones Medicas tendit.

1 praetendisset Vp protendisset Vt | 2 Bucephalo Vpt | imperatoris Vt | 3 bellicum lituo V | 3 procursu V | 5 iaculis O, *correxi ex Val.* | 5—10 *cf. supra* 33, 7—11.

p. 50 Z. pae, unus Besas nomine, alter Ariobarzanes. Hi se in gratiam Alexandri plurimum provenire posse putantes, si Dario necem intulissent, hunc solitarium opprimunt ac letaliter vulnerant aufugiuntque, donec dinoscerent, quo se res verteret. [Val. 104, 2.] Alexander vero repente superveniens eo, ubi Darium observari compererat, offendit eum adhuc
p. 51 Z. spirantem ac miserabiliter vulneratum, quod illi ultra opinionem luctuosum fuit. [Val. 104, 15.] Iamque Darius exsangui corpore, cum utique voce deficeret, manus supplices tendens attrectansque genua Alexandri, ut poterat, tandem talibus alloquitur: „En mihi in tali fortuna constituto magnum adest obitus huius solatium, quod in tuis manibus, o Alexander, fortissime regum, spiritum effundam. Quare quaeso, ne invideas mihi sepulturam, quam mihi cum Persis tui Macedones exsequantur. Tum Rogodunen, matrem meam, et Cilito uxorem in manus tuas commendo; filiam vero Roxanen hac prece tibi commendo, ut eam coniugio tuo dignam censeas; erit enim ei largiter ad solatium, nihil

---

1 ariobarzages α | his se O | 6 observari *Epit. codd.* Vap obversari Vt *(recte)* | 15 *inde a verbo* Macedones *usque ad* p. 41,5 amicitiae *collatus est* L | rogo dunem O rogodumē M rogdunem β | 16 Cilito L *et codd. Zach.* (Vap, *sed* colito Va[1] = οἴκτειρον) cilitio β clito M clyto O relicto α | filiam meàm O | 17 rixanem Lβ | 18 ei *om.* M | largitus α |

1/3. O (*inter* Hi *et* intulissent): [Val. 103, 20] cum iam rumoribus calidioribus adesse Alexandrum (Alexander Va) nuntiaretur, rati se plurimum in gratiam provisuros esse victoris, si necem Dario

6. O (*inter* compererat *et* eum): [Val. 104, 4] cursim inrumpit offenditque

7/9. O (*inter* opinionem *et* deficeret): [Val. 104, 6] omnium flebile et luctuosum fuit; eumque amplexans (amplexabundus V) et contegens regia chlamyde (clamide O) in haec verba solatur: „Erige te, quaeso, Darie, nec deseras; si quid enim ex animo est, quod iusseris, ratum habeto regna tua temet recepturum." Sed ad haec Darius exsangui iam corpore, cum voce utique iam

11/13. O (*inter* alloquitur *et* effundam): [Val 104, 19] Licet mihi iam, Alexander victoriosissime, in hac fortuna constituto

p. 51 Z. sibi de regia coniunctione defuisse.“ Et his dictis spiritum exhalavit.

21. [Val. 105, 13.] Alexander vero multis lacrimis ad regiam dignitatem ritu Persarum illum sepeliri iubet. [Val. 107, 16.] Post haec rebus ordinatis, cum ipsos scire cupivisset, qui Dario necem intulerant, ait: „Gaudeo me hostem maximum Darium servitio subiugasse, licet ego ipse id exsecutus non sim; habeo tamen gratiam condignam rependere his, qui benivolentiam suam erga me protestati sunt; quique hi sunt, hortor moneoque, uti se prodant. Namque patris matrisque meae maiestatem iuro sublimes illos ac notissimos me facturum, quia maximo praemio digni sunt.“ —
p. 52 Z. [Val. 108, 5.] Mox quoque hoc audito Besas et Ariobarzanes obvios sese Alexandro ferunt, et professi facinus sponsionem praemii repetunt. Tunc protinus viros comprehendi iubet atque altissimo in loco crucifigi. Idque praeter spem omnibus fuit. Nec tamen se reum de periurio dicebat, quia sublimes eos ac notissimos omnibus fecerat.

22. [Val. 110, 14.] Ordinato igitur omni regno Persarum in Porum ducit exercitum.

III. 2. [Val. 113, 4.] Ingressus igitur Indiam mox obvii fuerunt ei legati, quos Porus cum litteris miserat in hunc modum: „Incursanti infestantique tibi fines hos mando, ut, cum te hominem memineris, nihil ad deos moliaris. Patet quippe

2 exalavit M | 4 sepelire M | iubet *s. l.* L. | 6 mortem M | 7 ergo O | 8 aveo *Maehlius* | 11 sublimos α | 12 qui α | 13 bases β | 16 in altissimo O | 18 faceret O | 19 his igitur ita ordinatis β | 24 ad deos inconsultius V adeos L |

---

liberalius aliquid loqui, idque a me amicum tibi, non hosticum putes. Nunquam igitur te regii nominis decus tollat, nec, si quid blandius fortuna promiserit, idcirco te coeli compotem arbitrere (arbitrare V). En tibi ille Darius, nosti quippe, qui fuerim, dominus scilicet et deus huiusce mundi existimatus. At nunc (at Vt, ut Vap) flebili morte (flebilem mortem V) oppeto. Sed habeo obitus huiusce grande solatium, quod in tuis manibus, fortissime regum (fort. reg. *deest* V), hunc spiritum iam

p. 52 Z. nosse, quis ille ego sim Porus, et nulli adversum nos licuerit ex fortitudine. Quare iubeo te hinc ad tuas Graecias contentum redire. Neque enim, si nobis Graecia vestra opus esset, non olim subacta Indis foret; sed cum inutilis est nobis nihilque dignum opibus nostris habet, neque quaesita est neque quaeretur.“ — [Val. 114, 19.] His p. 53 Z. Pori litteris Alexander coram suis recitatis primum hortatur, ne temeritate verborum conturbarentur, reminiscentes Darii crebram iactantiam huic non esse imparem. Deinde ad Porum talia scribit: „Terreri nos putans, Pore, litteris tuis dicis nihil dignum Graecos habere ad opulentiam vestram. Addis praetera operae pretium considerari militantibus, ne frustra laboretur. Quibus omnibus doces, quo nos alacrius ad vos tendere debeamus. Fateor enim, nihil esse Graecis harum divitiarum, quibus vos affluentes gloriamini, ideoque indigentes a vobis petere sibi necessaria.“

3. [Val. 115, 19.] His lectis Porus ad proelia incitabatur moxque ei Macedonum obvia fuit multitudo commissumque est proelium magnum. Cumque Indi elephantis multigenisque bestiis Macedones incursarent, et econtra Persae sagittis eos praevenirent, Macedones quoque iaculis

---

1 sum M | nulli *Epit. codd.* Vabp an ulli *Edd. (in Val. recte)* | 2 licuerit certare *Maehlius* lic. experiri fortitudine *in Val. Kuebler* | 3 contemptum OLβ (Vp) | 4—6 sed cum *usque ad* quaereretur *(sic) i. marg.* α | 8 illorum verborum α | turbarentur O | 10 terrere O | a nobis α | 12 considera L | 13 militantibusque (militantibus Va) oportere uti ne V | 14 quo *Epit. codd.* Vp quod Va | 16 ideo O ideoque non indigent β | 21 Macedonesque *coni. Reitzenstein* |

17/21. O (*inter* Porus *et* Macedones quoque): [Val. 115, 19] ad belli studia incitabatur. Cogit ergo exercitum et quam plurimos elephantos ceteraque genera bestiarum, quibus Indi commilitant.... Enimvero cum multitudinem illorum et memoratas bestias intuerentur, animo turbari coepere, cunctabundi ob insolentiam

---

3 conmilitant Va miliant Vp | *Lacunam indicavi; scriba inter duo excerpta Valerii omisit Epitomae verba:* moxque ei Macedonum obvia fuit multitudo | 4 multitudinem illorum] illos Pori numeros Va illos per innumeros Vp |

p. 53 Z. diversi generis nec minus eos praeirent, equus tandem Alexandri Bucephalus dextra Pori ictus occubuit, idque Macedonibus supra omnia, quae possunt in proeliis incommoda videri, ingratum fuit. Sicque neglecto omni opere bellandi Alexander exanimem equum cauda comprehensum in partes retrahit, metuens, ne spolium illud Indi raperent, quod sibi p. 54 Z. esset pudibundum. Atque ita suis receptis datur utrinque spatium viginti dierum vel sanandi eos, qui vulnerati, aut sepeliendi eos, qui mortui fuerant.

1 praeire O | 2 dextrapolim ictus β | 7 pudendum O | 8 vulnerati erant β | 9 erant β |

eiuscemodi proelii, quod una esset cum hominibus barbaris et omnigenis bestiis agitandum. Ipse quoque Alexander bestiarum novitate movebatur. Quaesita ergo belli ratione comminiscitur per astutiam, quo demum genere averti posset impetus bestiarum. Igitur statuas aereas quam plurimas advehi secum quibusque de proximis locis ad locum proelii iubet. Ibidem igne subiecto calefieri eas et igniri festinat; erantque post primos aciei ordines sitae, atque ita ante belli tempus hostibus invisitatae. At vero, ubi signa bellica crepuere, Indi feras illas ⟨bestias⟩ prae se ire dimittunt, ita scilicet doctas, ut cum primum in adversos advolavissent circaque eas proeliaturi hostes occuparentur, nihil Indis supervenientibus morae fieret, quin libera iaculandi hostis trucidandique facultas pateret. Sed praedocti Macedonum ordines primi paululum de loco, quo steterant, repedantes ignitas statuas incursantibus bestiis produnt. Quas cum impetu belli complexu et morsibus adfectarent, mox sauciae debilesque aut protinus cadere aut refugere coepere, omnino nullum auxilii ullius emolumentum dominis adferentes. Sicque Indis ab illo ferarum auxilio destitutis secunda concursio fuit. Igitur Persae coepere sagittis Indos incessere.

7. O (*inter* receptis *et* datur): [Val. 117, 6] proelio dissoluto

8/9. O (*inter* aut *et* fuerant): [Val. 117, 8] sepeliendis exurendisque his, qui proelio desiderati

1 eiusmodi V | 5 quantas plurimas Vp | 6 igne Vp igni Va | 7 post primas acies et ordines Va | 8 Enimvero V | 10/11 volavissent V *male* | 13 praedocti *ex* praedicti *corr.* O | 14 quo institerant V |

p. 54 Z. 4. Sed his ferme diebus iniit consilium, ut Porum ad solitarium proelium provocaret, dicens imperatores inde laudem non posse captare, unde subditis suis periculum fieret. Quod et Poro placuit, cum considerabat exiguitatem corporis Alexandri, cum ipse quinque cubitorum, Alexander vero trium tantummodo mensuraretur. [Val. 118, 1.] Igitur cum dies pariter et locus proelio institisset, fieretque pugna regalis diu anceps, Alexandro scilicet locum vulneris rimante et Poro id ipsum declinante, tandem Porus ex quadam repentina tumultuatione suorum conversus, ut videret, quidnam id esset, protinus Alexander eius inguina gladio transfodit eumque prostravit. Quo viso Indi mox in Alexandrum insurgere conabantur. At ipse manu silentium poscens tumultum repressit atque ita fatur: „Quid hactenus inter duos reges actitatum est, nisi ut, vobis nostrisque incolumitate ac sospitate fruentibus, dum unus nostrum occumberet, alter fieret in regno successor? At, si nunc
p. 55 Z. arma magis quam pacem desideratis, nequaquam nos imparatos ad haec offendetis. Sed neque hoc vobis leve videbitur, sicut etiam prioribus experimentis meminisse potestis.“ [Val. 119, 13.] His dictis adquievit omnis vis Indorum, seseque Alexandro subdiderunt.

17. [Val. 123, 8.] Ille autem rebus ordinatis omnem Indiam peragravit, laboriosum nimis pro aquarum inopia et

2/4 dicens *usque ad* fieret *om.* O | 3 suis *om.* α | 7 constitisset V | 10 contumultuatione α | 11 gladio *om.* O | 18/19 imperatos M | 23 adordinatis α |

22/23. O (*inter* subdiderunt *et* autem): [Val. 119, 20] Quare dimotis hostibus avectaque praeda ad Oxydracontas iter suum dirigit, non illam quidem gentem ut hosticam incursaturus — neque enim illis studia sunt armorum — sed quod celebre esset Indos, quos gymnosophistas appellant, hisce in partibus versari, opum quidem omnium et cuiusque pretii neglegentes, solis vero diversoriis patientissimi, quae humi manu exhauriunt aditibus

2 dimotis O Vp domitis Va *(recte)* | 2 osidracontas O Vp | 3 incursaturus O Vp incursatur Va | 7 diversorii sapientissimi Va |

p. 55 Z. serpentium locorumque asperitate subiens iter, ut in epistola, quam Aristoteli, praeceptori suo, misit, cognoscere fas est.

19. [Val. 135, 18.] Dum igitur desiderio Candacis reginae videndae flagraret atque ad eam iter instituisset, mox

1 subiciens *α* |

perangusta, enimvero subter capacibus spatiata. Igitur cum comperirent Alexandrum ad sese contendere, primates suos obviare adventanti iubent cum litteris huiuscemodi: „Gymnosophistae Alexandro homini dicunt: si tendis ad nos proeliaturus, uti tibi propositum est, quid nobis adferas, habes, porro quod auferas, nihil. Sin vero venies, ut discas, quae a nobis scilicet sciri queant, nulla est invidentia. Etenim non arbitramur inter hasce scientias nostras causam discordiae positam, cum tibi amica res proelium, nobis vero philosophia noscatur. His lectis Alexander pacificum iter agere decrevit; videtque homines reliqua nudos, sed amictu simplici superiecto.

Instituit cum his loqui, ac primum quaerit, an uspiam huius gentis hominibus sint sepulchra. Ad haec responsum est: idem sibi domicilium esse, quod sepulchrum. Rursus quaerit ex alio, utrumne plures vivi an mortui putarentur. Ad id responsum est: videri quidem plurimos mortuos, sed eos numerari non oportere, quoniam iam esse desiissent. Quaerit etiam, utrumne vita fortior an vero sit mors. Vitam esse responsum est, quod solis quoque ferventior orientis vigor, marcentior vero viseretur occiduus, ortumque hominis esse, quo vivitur, contraque, quo frigeat. Addit etiam, utrum mare spatiosius anne terra. Terram esse respondent, cuius gremio mare tenetur. Sciscitatur quoque, quaenam omnium

1 capacibus OV capacius *Volkmann (in Val. recte)* | Hii igitur Va | compererent O comperissent V | 2 primatos Vp | 3 gymnosophistae O *(recte)* gimnosophistae dragmantes Va tragmannes Vp | 4 uti O *(recte)* utique Vap | 5 praepositum est Va proposito Vp | 6 venis Va *(recte)* | 7 non *om.* Va | 10 agere decrevit O *(et Maius)* agere decreverit Va aggrederetur Vp | 11 superiectos V *(male)* | 12 Ergo instituit Macedo V | hisce Va | quaerit *om.* V *(addidit Kuebler)* | 15 viverent Va | ad idque Va | 17 post quaerit ex alio (alia Vb) V | 20 vivitur *corruptum* | et id addit V | 21 mare spatiosius *om.* Vb | 22 teneretur V *(recte)* | 22 id quoque Va denique Vp | quonam *ex* quaenam Vb |

p. 55 Z. illa clam mittens unum e pictoribus suis, iussit eum diligentissime depingi sibique eius imaginem deferri.

18. [Val. 136, 1.] At vero Alexander litteras ei amicitiae iura continentes miserat ipsaque illi rescribit dicens hoc sibi prae omnibus placere, uti foedus illud

---

bestia sit callidior et astutior. Hic vero cum risu hominem esse pronuntiant adduntque rationem de exemplo sui, qui solus tot animantium milia inlexisset, ut ad persequenda ea, quae aliis essent, praedae cupiditate laborarent. Non his ut ad contumeliam dictis Alexander movebatur. Enimvero addit, quid imperium sibi videretur. At illi fraudis potentiam esse respondent adiutam temporis blandimento vel, si ita mavelit, iniusta audacia. Quaerit etiam, utrumne dies an vero nox prius constituta putaretur. Nihilque cunctati noctem priore ordine posuere, cum omnia quoque concepta vivendi auspicium in tenebris sortiantur, post vero nata in lucis spatia transmigrarent.

Pergit denique sciscitari, cuinam mentiri hominem non oporteret. Responsum est: deo. Quaerit etiam, quasnam in homine partes honoratiores esse existimarent. Laevas esse responsum est, quod sol oriens ex laevo dextrorsum curriculum exequatur; tum quod permixtio maribus ac feminis laevarum mage partium existimetur, et reges ipsos indicia dignitatis praeferre laeva. Cumque post haec, quicquid vellent a rege, largiter polliceretur, immortalitatem consoni poposcere. Sed id cum rex praeter potestatem suam esse dixisset, „cur ergo", aiunt, „cum sis mortalis, tot tamen laboribus servis et tantis adpetentiis vinceris, quarum tibi fructus aut nullus aut brevis est, enimvero idem mox ad alios transiturus?"

Enimvero Alexander, „Non haec sane nobis," inquit, „in manu sunt; enim deorum vivimus lege, quam homines exequi sit necesse. Neque enim nisi navigari maria scivissent, venti quoque navigantibus prosperarent. Quis neget cuncta ea ratione constare,

---

1 bestiam Vb | sit *om.* Vabp | Huius vero Vp | 3 a persequenda Vp | 5 per imperium Vab | 7 iniustam audaciam Vp | 9 cunctanti Vb cunctantes Vap | priori O | 10 sortiantur postvero nata *om.* Vb | 11 nata *om.* Vb | 12 sciscitare Vb | 15 sol etiam oriens Va | 17 laeva O (*et Mueller*) laevas Vabp | 18 quicquid O *(recte)* et quid Vabp | 18 largitum iri Vp | 21 tot] tu Va | vinciris Vp | 24 Enimvero] tum V | 26 enim illi nisi V | sivissent Vap *(male)* | 27 Gigni quis neget V ea *om.* V | constare] esse V |

p. 55 Z. perpetuo inter se mansurum confirment. Addiditque: p. 56 Z. „Habebis ergo tibi," inquit, „ex nobis amicitiae argumentum, centum laterculos auri grandissimos, Aethiopas impubes quingentos, psittacos sex, frigasque sex, praeterque haec Ammoni deo coronam smaragdis ac margaritis, etiam toreumatis pretiosiorem. His et loculos refertissimos cuiusque generis margaritarum atque gemmarum ad decem numerum aliosque loculos eburneos octoginta una misi usibus et deliciis tuis, ferarumque genera, quae sunt nostratia: elephantes trecentos quinquaginta, pardos sex, rhinocerotas octoginta, pantheras vero quatuor milia, canes etiam in homines efferatissimos nonaginta, tauros trecentos, virgas hebeni mille et quingentas."

19. [Val. 137, 15.] Et ad haec transferenda Alexander miserat. Interea accidit, ut filius eiusdem Candacis reginae, Candeules nomine, dum ad sacrificandum iret, quodam Bebryciorum regulo subripiente uxore privaretur. Ipseque mox ad Alexandri confugit auxilium. At vero custodes tabernaculorum Alexandri comprehendentes eum cum suis

1 confirmarent β | 2 habetis α | 3 candidissimos β | aethopes α ethyopes O | 4 psitacos M | frigasque OM (Va *pro* sphingasque) phrygasque β frigas α | 5/6 toreomatis O | 6 reverentissimos β | 7 ad decem addam β | 9 quae sunt *om.* O | 11 vero *om.* O | 15 viros miserat β | 16 candeulus α caudeules O | 17 bebriciorum O bebritiorum M | subregulo β | 17/18 ipse quoque α |

---

qua nata sunt? Nihil denique omnino frustra esse reperies. Denique facessant ista de medio: quae iam erunt inter homines discrimina fortunarum? quae dispar ratio gloriae? quae diversitas dignitatum? quis voti modus? Desinet protinus coli terra, transmitti mare, desiderari successio, cum illa promptior sit naturae hominis admiratio non videri, quae metuas, cum meminisse non desinas. Haec denique una vivendi lex est, velle sibi unumquemque, quod penes alterum videat, ut habeat, ipse quoque quod mox transmittat ad ceteros. Post haec

1 quanta sunt Vb | esse *om.* Vabp *(perperam)* | repperies O reperias Vbp | 4 modos Vb | 5 desiderare Va | 6 hominis *om.* Vb | videre *coni. Kuebler* | 7 sibi *om.* Va | 9 transmilitat Va | ceteros] *in Val. maluerim* alios, *cf. p.* 122, 13 | *post* habent *interpungendum* |

p. 57 Z. satellitibus obtulerunt primum Ptolomaeo, cuius tunc post regem primus erat in ordine gradus. [Val. 138, 15 R.] Isque mox ad regem ingressus intimavit ei et personae novitatem et causam adventus. At vero Alexander Ptolomaeum regiis ornamentis indutum procedere iussit. Ast ubi Candeules illum intuitus est, aestimans eum Alexandrum fuisse pronus adoravit in terram. Porro Ptolomaeus Antigonum satellitem sibi iussit adesse, pro quo sese Alexander obtulit. Cumque Candeules causam sui adventus Ptolomaeo indicaret peteretque auxilium uxoris recuperandae, ait Ptolomaeus ad Alexandrum: „Quid tibi, Antigone, super hac sententia censendum videtur?" — Respondit Alexander: „Cum," inquit, „confidentiae amicitiaeque more usus suffragium a te implorat, dignum mihi videtur illi succurrendum." Deinde percunctatur Ptolomaeus, quot milia militum Candeules sibi necessaria putaret. Respondit ille: quattuor. Rursus Ptolomaeus Alexandro: „Nulli," inquit, „o Antigone, id laboris officium melius exsequendum credo, quam tibi, qui in omnibus strenue ac nobiliter decertare consueveras." Fatetur Alexander se id libenti animo prosecuturum.

20. Accepta igitur expeditione profecti sunt ambo, Alexander videlicet cum suis Candeulesque cum suis. [Val.
p. 58 Z. 140, 1.] Ergo ubi ad urbem, in qua praefatus Bebryciorum tyrannus morabatur cum rapta coniuge, devenerunt, iniit Alexander consilium, ut ignibus quam plurimis succensis in gyrum undique incendium urbi minaretur. Quo viso cives atque re cognita, et quod exercitus esset Candeulis uxorem repetentis, protinus aulam tyranni irruentes comprehensamque raptam coniugem Candeuli restituunt; quibus patratis reversi sunt. Cumque Candeules Ptolomaeo gratias pro beneficio sibi conlato retulisset, fatetur Ptolomaeus amore matris eius videndae sese flagrare. Cui Candeules: „En tempus est," inquit, „una mecum illuc usque properes atque ab ea dignis praemiis remunereris." At contra Ptolo-

5 at O | 6 protinus O | 16 rursum M | 17 inquit *om.* O | 22 videlicet *om.* O | 24 tirannus O | 26 girum M | minaretur urbi O | 27 recognito M | candeuli α | 28 *fort.* irruunt | 29 paratis α | 34 dignus M |

p. 58 Z. maeus: „Prius," inquit, „per internuntium nobis est colloquendum, sicque demum egomet illuc proficiscar; comitem itaque tibi atque internuntium mittam Antigonum hunc, qui tibi socius fuit in repetenda uxore." Et Candeules: „Cupio," ait, „etiam hunc participem fieri dignae retributionis, quia particeps exstitit et laboris."

21. Acceptis igitur Alexander paucis admodum secum cum Candeule profectus est. [Val. 142, 14.] Occurritque adventanti filio Candace regina congratulans ei, quod amissam coniugem recuperasset. Et dum super Alexandro quae-
p. 59 Z. reret, quisnam esset, respondit Candeules hunc esse Antigonum Alexandri internuntium, qui sibi quoque auxilium uxoris recuperandae praebuerit. At illa his cognitis complexans deosculabatur illum, gratias ei referens.

22. [Val. 142, 28.] Adprehensaque manu eius circumquaque deducebat illum, ostendens ei divitiarum opumque suarum innumerabilem atque admirabilem copiam, auri scilicet gemmarumque, pretiosorum etiam lapidum, ad quorum splendorem oculi intuentium reverberabantur. Interque omnia ebur multum artisque eius pretia viseres maiora. [Val. 145, 15.] At vero Alexander multo mirabiliora atque spectabiliora sese in Graecia saepe vidisse aiebat. Cui illa: „Videtur mihi," ait, „quod tu ipse Alexander adsis." Illo autem, ut res erat, negante, dum soliloquio fruerentur, adprehensum eum deducit in secretiorem aulam suam et ostendit ei imaginem praememoratam dixitque: „Intuere, quaeso, imaginem hanc, et videbis Candacem Alexandro sollertiorem; nec te pudeat, dum omnis fere orbis tibi accesserit, in manus feminae ex industria devenisse." [Val. 146, 16.]

3 ita tibi α | 5 etiam hunc ait O | 6 et *om.* O *(fort. recte)* | 9 candacis MO | 13 his illa O | 14 osculabatur α | illum] eum O | 17 mirabilem M | 19 splendidorem O | intuentium *om.* M | inter OM | 21/22 spectabiliora sese in Graecia saepe vidisse et meliora aiebat M | 23 ipse *om.* M |

44, 26/45, 1. O (*inter* praememoratam *et* ait): [Val. 146, 6] „Agnoscisne", ait, „Alexandri illius, quem mentiri non potes,

2 quam Va |

p. 59 Z. At ille dentibus infrendens, sed neque consistere valens, ait: „Una quidem mihi et haec maxima est indignatio, quod gladius meus huc mihi comes non adest.“ Et illa: „Cuinam,“ inquit, „usui?“ Respondens ille: „Etsi non aliud,“ ait, „saltem esset honori, seu, quod verius ac regem decentius
p. 60 Z. est, uti interfecta te me comitem morti praestitissem.“ Rursus ait illa: „Quaeso, mi Alexander, hunc metum abicias, nam fidem, quam Candeuli, filio meo, in recuperanda uxore servasti, hanc tibi me servare semper profitebor. Verum cum tu Pori sis interfector, cuius filiam iuniori filio meo coniugio copulatam forsan nec te latet, cunctis reliquis esto Antigonus, mihi vero Alexander eris.“

23. [Val. 147, 18.] His dictis egrediuntur pransuri. At vero Carogarus, iunior filius Candacis, qui filiam Pori, ut paulo superius retulimus, coniugio sortitus fuerat, ait ad matrem: „O domina mater, o quam mihi videtur hic ipse adesse Alexander, interfector soceri mei Pori! Nostrae quoque iniuriae velim meminisse.“ Sed ab hac intentione mater eum convertere cupiens dicebat, id minime fieri potuisse, ut tam parvae staturae homunculus orbis totius dominio potiretur. Enimvero internuntium Alexandri illum fuisse asserebat. At ille: „O,“ inquit, „saltem in hoc eius satellite sat mihi

2 et haec] vel V *om.* O | 3 huic M | et cuinam O | 5 saltim Mαβ | *fortasse verecundius* | 6 morte M | praestitisse O | 7 illa ait M | abicies L | 11 forsitan O | 14 Corogarus M | 22 saltim β |

faciem? Sed quidnam intremuisti, quidve turbaris ex vultu? Non ille tu Persarum potens es? non Indiae dominus? non qui iam in orientem omnem trophaeum tuum feceris, Parthis et Medis imperitans? An vero te pudet sine militia vel expeditione in manus feminae devenisse? Quare conice, quaeso, quid te iuvarit tua illa famosa prudentia, cum nunc Candacem te vides sollertiorem? Quod igitur huc attinet, adrogantiam nimiae prudentiae iam deponito.“

Haec illa dicente nec vultu constare Alexander, quin etiam infrendere dentibus videbatur.

1 intremuisti tam trepide Va | 2 num ille Persarum Vp | 2 quia O num quid iam in oriente omne Vp non qui iam orientem omne Va (iam orientem omnem *in Val. Maius recte*) | 3/4 imperans Vp | 6 tui V | videris Va |

p. 60 Z. videbatur ulcisci carissimum nobis Porum.“ Rursus illa: „Neque,“ ait, „hoc germanus tuus Candeules fieri sineret unquam, etiam si tu in hac voluntate atque sententia perseveres; eius namque fidei sese committens ad nos usque p. 61 Z. pervenit; quin etiam ego huic nefando consilio nequaquam adsensum dabo, ne per nos internuntiorum iura rationesque violari videantur.“ Alexander quoque, quanquam aliquantisper mente turbaretur, vultu tamen intrepidus videbatur. Iterum secreto alloquitur illum regina dicens: „O Alexander, o quam te vellem proprii filii loco tenere; si enim id fortuito casu proveniret, ut talis filii mater putarer, profecto reginam ac dominam gentium me adhuc utique fore sperabam.“ Ad haec ille nihil respondit. Igitur post haec largissimis atque regalibus donis ab ipsa regina clam muneratus, palam autem, ut satellitem decebat, muneribus honoratus remeavit ad sua.

4 perseverares β | 5 qui nectam α *pr. m.* | infando β | 6 iura et rationem α internuntiorum iurationes M | 10 velim MOL | 11 fortuitu et casu α fortuitu casu β | 13 sperarem O |

46, 16/49, 1. O (*inter* ad sua *et* cumque inde): [Val. 151, 22.] Exin ad Amazonas ire festinat, ad quas praemittit litteras in hunc modum scriptas: „Victorias nostras et in Darium bella eximque in alios, quoscumque militavimus, glorias haud dubito vobis famae ipsius magnificentiam commendasse. Nam et Pori fortunam et iter nostrum in Oxydracontas ac Bragmanas digna taceri non arbitror, in hoc nomine gymnosophistarum etiam per clementiam laudatiora. Quod si vobis haud displicet, accipite nos isto venientes, et, quod est amicitiae munus, diis sacrificate pro nobis; iam quippe vobis aderimus. At vos velim obviare nobis animo gratante, cum ad amicitiam iter istud, non ad periculum sit futurum.“ Ad haec Amazones respondere:

„Vel fiduciae munus est vel libertatis, omnia tibi, rex, scribere, quae penes nos sint, non quod fidem scriptis deroget

3 Darii O | 4 ⟨in⟩ quoscumque *Kuebler in Val. recte* | 5 magnificentia Vp | 6 inter Vp | Osydracontas O osyndracontas Va symdracontas Vp | ac] et Vp | bracgmanos O bragmanas Va dragmadas Vp | 7 digne Va | nomina *Kuebler in Val.* | 9 vos Vp | 10 *post* nobis *interpungendum* | 11 obviare vobis Vp | 11 gratanti O | 14 pene Vp |

p. 61 Z. 25. [Val. 151, 22.] Dehinc Amazonas sibi tributarias fecit.

---

ulla suspicio, sed ut plenius noscas, quid operae pretii sit his, quicumque hostili fervore in nos cupiant militare. Commune quippe humanitatis studium esse arbitramur, in quaeque dubia ausuros nihil prius quam emolumentum laboris intueri oportere. Scito igitur primum colere nos interamnanum, Amazonico flumine locum omnem, quoquo consistimus, ambiente, eo fluenti circiter spatioque, ut una sit aditicula, eaque vix accolis nota, quae septem fluminibus vel inrumpi oporteat vel emergi, eiusque alvei tanta est difficultas, quanta nos a quibusvis periculis tueatur. Hoc igitur tantillo in loco ducenta milia virginum coimus, nullo omnino maris sexu interpolatae. Enimvero sicubi nobis ad naturam est consulendum, annuum sacrum est, quod hippofania vocitamus. Eius sacri causa ad mares nostros, qui ultra amnem extrinsecus perpalantur, omnes ferme transimus, atque illic per dies triginta, ubi fuerit ad libentiam, nubimus. Nuptias vero cum maribus derelinquimus pactis et legibus, ut quaecumque exim ad sexum hunc editae fuant, eaedem post septennium in exercitum dimittantur. Sed ubi venerint, erudiuntur equis et peltis, donec armis idoneae fuerint. Igitur nobis quocumque militantibus, tantum unaquaeque nostrum honore ditior est, quantum fuerit cicatricibus insignitior. Quippe et corona aurea redimitae salutamur atque adoramur a ceteris et publicis conviviis adhibemur et cuncta, quae sint nobis ad obsequium, deferuntur. Ceterum neque aurum nobis est neque argentum, nisi siquid sit in insignibus militaribus. Haec illa sunt, in quibus impenduntur nostra discrimina. Quippe ubi Amazonibus auctor nostri generis Mars faverit, mares a feminis caesi victique maiore cum dedecore oppetent. Ubi vero cum

---

1 quid] ecquid V | operi Va operis Vp | 5 amachonico O Vap *corr. Mueller* | 6 quo V | 7 spatio *Kuebler* | aditula O | quae] que Vp qua Va *(recte)* | septum *Kuebler,* vim *Keil cf. Adn. crit.* | 8 fluminis Vp flumina *ex* fluminis *corr.* Va | *prius* vel *om.* Vp | 11 maris (*ex* mari) sexu Va maris sexus Vp | interpolato Va | 12 ipsofania O ippofama Vap hippophonia *Mueller (in Val. recte)* | 13 intra O ultro Va | 14 perpelantur Va | 15 lubentiam V | 16 et *delendum* quaeque V | 17 fuerant O fiant Vp | eadem Va | 18 perthis O | 19 militandum V | tantumque quis V | 20 dives V | fuerit *om.* V | 23 ceterumque nobis aurum non est Va ceterumque nobis neque aurum est Vp | 24 nisi quod sit Va | 26 amazonibus suis V | 27 caeci Va |

p. 61 Z. 27. Ac demum Babylonem adire contendit. Qua in potestatem suam redacta aliquantisper ibi commoratus est.

---

1 babilonem M |

---

maribus steterit belli fortuna, pudenda res est, si quid hic sexus superatis feminis glorietur. Haec igitur, rex, tibi responsa de nobis sunt, quarum si fiduciam probas, obsequium etiam non aspernabere. Superque his, quod mavelis, scribito; nos enim, si secus sederit, praeter amnem in acie deprehendes."

Hisce rex lectis delectatus admodum sic respondit: „Qui terrae ambitum diligentius mensi sunt, huius mundi magnitudinem universi trifariam divisere easque partes Asiam vel Europam vel etiam Libyam nominavere. In his igitur partibus universis trophaea quoque nostra consistunt, et est pudendum, quibus nulla omnium obstitit difficultas, si a cognitione vestri veluti sub metus infamia declinemus. Quare vestrae sit facultatis, si quid de bello consultetis. Neque vero resistentibus exitium gentis et patriae neque cedentibus amica humanitas differetur. Progressae igitur, si vultis praeter amnem ad nos venite omnemque multitudinem vestram illic in ordines ponite. Quod cum feceritis, ego vobis Ammona patrem meum iuro nihil amplius a vobis exactum iri, quam si quid pro viribus offeratis. Mittite sane ad commilitium mihi strenuas quasque equites, quantas vultis, quibus singulis digna erit remuneratio. Enimvero istae, quas miseritis, ubi annuum nobis obsequium emensae fuerint, in propria remittentur, uti pro hisce vicarias destinetis. Super his igitur, ut vobis commodum est, consultate." Igitur Amazones motae rescribunt: dare se regi veniendi, quam cupiat, facultatem inspiciendique terras suas et coronare se eum annuis talentis sex; quingentas etiam equites

---

2 tibi *ante* igitur V | 3 sint *in Val. scrib.* | 4 aspernarere Vp | super Va | 5 praeterit amne minatione Vp | 6 His Vp | 7 huius mundi] eiusmodi Vap | 9 hisce Va | 10/11 si in quibus n. o. o. d. a cogn. V (in *delevit Mueller*) | 11 obstiterit V | 12 declinemur Va | 12 consulitetis Va | 13 exitum Va | 14 amici Vp | si] ultra (utra *Kuebler*) sub lege Vap | 17 exactu iri Vp exacturi Va | 18 commilitum Vp | 19 a quibus Va | 21 vobis Va | sint Vap | 22 hisce] his Vp | ut *om.* Vp | 23 et dare Vap | 25 se eum] secum Va |

61 Z. 30. [Val. 161, 28.] Cumque inde proficisci disponeret, contigit, ut quaedam mulier infantem pareret, cuius superior

---

destinasse armatas et strenuas, ut poposcerat, quae per annos scilicet permutentur. Quippe Amazonibus certum esse parere viro absenti, cui cessisse omnium hominum genera didicissent.

His acceptis Alexander iter in Prasiacam instituit, quae quidem eius militi peregrinatio labori admodum et plurimi periculi fuit. Nam assiduam intemperiem imbrium et tonitruum plurimum crebrosque iactus fulminum vocesque incertas resonantes audierant et portentuosa plurima experti erant. Ubi vero iam ad Prasiacam adventabant Hypanimque flumen transierant, limitem huius loci Alexander sensim legens civitates eius invadere ac dicioni suae vendicare non negligit.

Ibique epistolam ab Aristotele sumit scriptam in hunc modum: „Perdifficile mihi est eligere vel laudare, mi Alexander, ex hisce omnibus aliquid, quae te in ista militia gessisse cognovi. Quare diis primum immortalibus ago gratias competentes, quod emenso tibi hasce periculi difficultates gratulationem potius quam solatium scribo, quippe quem sciam non bellorum modo discrimen evasisse, verum temporum quoque et coeli difficultatibus non cessisse. Ex quibus colligere difficillimum, utrumne te prudentiae viribus an tolerantiae fortitudinis magis praedicem. Certe illud tibi iam Homericum adest, quod illic sapientissimus gloriatur:

„Multigenasque urbes hominum moresque notavi".

Quis enim praedicationis finis istud capit, triginta ferme vix annos emensum te orientis omnis occidentisque dominari? Bactra te vidit, Aethiopia salutavit, Scythae tremuerunt. Neque enim quemquam non aut caesum audivimus aut supplicantem." Haec quidem Aristoteles.

---

1 strenues Va | poposcerit Vp *(recte)* | 2 patere Va | 4 His acceptis] post haec Vp | instituit] inde pervertit (praevertit) Vap | 5 labori O Vap laboriosa *Volkmann (in Val. recte)* | 7 resonentis Vp | 9 ypanimque O Vp tympanimque Va | 9 huiuscemodi loci Va eiusmodi loci Vp | 10 civitatis Va | ditioni suae Va dedicationis eius Vp | 11 *post* negligit *addit Va* et sacrificia diis immortalibus facit, quae cum maxime persequeretur | 13 per mihi difficile V | Alexander mi V | his Vp | 16 has Vp | 17 discrimina Va *(recte)* | 19 colligere possumus Vp | difficillimum] admodum facile est ambigendum V | fortitudinisque *Maius (in Val. recte)* | 20 iam] tam Va | 22 notaret O notari Vp notavi *ex* notari *corr.* Va | 24 *cf. Propert.* IV, 3, 7 |

p. 62 Z. pars ad hominem pertinens iam quidem putrefacta ac semiviva videbatur, inferior vero beluinis capitibus, qualem Scyllam ferunt fabulae poetarum; praeter quod non caninis lupinisve, enimvero leonum et pardorum ursorumque atque draconum capitibus inguina infantuli cingebantur. Quod ubi Alexandro intimatum est, protinus mulierem advenire iussit partumque monstrare. Adveniens illa nudavit infantem, monstrumque ostendens professa est se peperisse. [Val.

2 scillam M | 3 non *om.* M | 6 nuntiatum est O | 7/8 adveniens *usque ad* peperisse *om.* O |

At vero Alexander collecto exercitu iter ad Babyloniam convertit, in qua susceptus honoratissime certamen gymnicum concelebrat. Atque inde iam pacificum iter captans hisce litteris ad Olympiadam matrem suam scribit: „Super his quidem, quae in principiis egerimus ad Asiaticam usque expeditionem, omnia tibi nota sunt, mater. Aequum tamen fuit et de insequentibus te facere certiorem. Profectus quippe a Babylone una cum his, quos magis strenuos in exercitu habebam, in ulteriora regionum animum intendi pervenique usque ad Herculis stellas non minus itinere dierum ferme nonaginta quinque, fama de Hercule sic loquente, quod hasce metas peregrinationis suae fixerit, qui et duas stelas, id est titulos sui nominis, ibidem dereliquit, quorum unus ex auro, alter vero argenteus habeatur, altitudinis cubitorum quindecim, crassitudinis duorum.

Hinc ergo per deserta redeuntes multaque praerupta incidimus loca obsessa crassioribus nubibus ac nebulosis, quae omnem adspectum luminis sustulerant et diei. Septem denique dierum itinere per has tenebras exanclato tandem Thermodonti superveni-

2 gymnasicum Va *(unde* gymnasticum *perperam Editores)* gymnasiumque Vp | 3 inter Vp | coeptans Vap | his Vp | 4 quae] quas *Maius et Kuebler* | 5 ad Asiam usque expeditiones Vap *(perperam)* | 6 sint Va | mater mi V | 7 quippe] ergo Vp | ad Babylonem Va | 9 stelas *Maius (in Val. recte)* | 10 iterum Va | famaque O | 11 quos has scematas Vp | fixerit deus ille, qui V | 12 nominis] quosdam Vap | reliquit Vp | 13 habebatur Vp *(recte)* | 14 duobus O *(cf. Val.)* | 15 redeuntis Vp α | multa Va *(recte)* | 15 incidimus *om.* Vp. | 16 loca quae obs. Vap | nebulosisve omnem (*om.* Vp.) omnino adspectum Vap | 17 et] ac Vap | diei *om.* Vp | 18 transacto *super* exanclato O | termodonti Vp therindonti Va |

p. 62 Z. 162, 19.] Rex autem confestim prodigiorum interprete arcessito sciscitabatur, quidnam hoc portenderet. Qui mox secreto respondit regi dicens: „O rex! o utinam interpretatio hostibus et inimicis tuis haec esset! Superior quippe pars, quae ad hominem pertinet quaeque iam putrida ac semiviva videtur, te significat, domine rex; in promptu quoque est, ut tu moriaris atque intereas. Inferior vero pars, quae ferinis capitibus cingitur quaeque vivere videtur, hi sunt principes

1 accersito O | 2 *inde a verbo* qui *usque ad* p. 53, 12 Bucephali *collatus est* L | 3 O rex utinam O | 6 domine mi rex L | 8 hii O |

---

mus flumini haud cuiquam secundo ex magnitudine. Propter hunc Thermodonta genus Amazonum colit, mulieres magnitudine corporis pariter ac pulchritudine cetera hominum genera supervectae, amictae vero, ut in picturis est visere unimammas. At enim comperto illae, quod ceterae quoque Amazones de nostra amicitia captassent, ipsae etiam periculi causam donis a nobis et obsequiis redemerunt.

Itemque indidem ad Rubrum mare venimus, alio, quam veneramus, itinere repedantes; fuitque operae pretium illas quoque nosse regiones. Multa enim hominum genera et invisitata sunt nobis cognita, quorum vel maxime nobis admirationi fuit videntibus homines absque capitibus corporatos. Namque his hominibus oculi pectoribus inhaerentes atque os omne ceteraque oris in parte corporis situm plurimum mirabamur. Illic et Trogodytas offendimus, qui subter terram domiciliis effossis serpentium instar successus sibi et habitacula laboravere. Quod exim eminus visere est etiam tellurem quandam sitam veluti in medio mari, aestimato longius quam unius diei navigatione separata, eo navigatione contendimus. Repperimus in illa insula civitatem, quae Solis esse diceretur, ambitus spatio non minus sexaginta stadiis circumscriptam; sed enim e medio civitatis constructo quodam

1 iuxta *super* propter O | 4 ille O | 5 coeptassent V | ipse O | 6 redemerunt *ex* redemerent *corr.* O | 9 enim *om.* Vp | inusitata O | 11/12 neque his hominibus oculi nisi peccoribus Vp | 12/13 in illa parte *Kuebler* | 13 trogoditas O rogoditas Vp | 14 super Vp | scalptis ac fossis V | ad serp. instar V | 15 secessus *Kuebler* | quod ergo exim V | 16 esset et (*om.* Va) tellurem V | velut Vap | 17 die O | 17 seperata O separata Vap separatam *Maius (recte)* | 19 stadiis *om.* Vp |

p. 62 Z. tibi subiecti. Et ut hae ferae inter se dissident, sic quoque post mortem tuam hi inter se discordes erunt.“ Haec interpretatio non modicam Alexandro maestitiam intulit.

31. [Val. 163, 20.] Occasio igitur illius mortis haec fuit. Mater eius scripserat ad eum de simultatibus Antipatris et Divinopatris praemonuitque insidias eorum cavendas. At ille statuit, <Antipatrem> ad sese de Macedonia venire, alio
p. 63 Z. in loco eius subrogato. Unde Antipater iratus in ipso itinere veneno efficacissimo atque potentissimo elaborato per ministrum regi destinavit hauriendum. Quo ille hausto mox lectulo datur, intellexitque se moriturum. Ordinatis itaque

1 tui, *sed* tibi *sup. lin.* M | 6 divino patris ML | 7 statuit eum ad O α | 8 eius *om.* O | illo α | 11 intellexit (*eraso* que) O |

---

et congesto in loco currus aureus visebatur una scilicet equis atque insessore aureo laboratus. Is omnis labor de auri materia et smaragdis fuit. Mira tamen opificinae maiestas nec ulli in orbe terrarum operi facile contendenda.

Ac sic revertentes, locorumne an temporis forent, tenebras profundas incidimus, et, dum nullum omnino ignem, ex quo luminis foret copia, inveniremus, divinum quoddam auxilium sensimus. Praeviantes scilicet nobis quasdam effigies numinum cernere fuit cum luminibus lampadarum, quas e materia argenti eminus aestimabamus; atque ita viati ductique Tanaim usque fluvium supervenimus. Is Tanais e septemtrionis partibus in mare Caspium profluens Asiam fertur Europamque discernere. Laeva igitur eius itinere permenso ad Xerxis regna pervenimus, quae post habita Cyri sunt ac nominata, ibique multa opum regiarum ac divitias offendimus. Cetera, quia sunt innumera, censeo praetermittenda.

11. O (*inter* datur *et* intellexitque): [Val. 164, 1] ac diebus complusculis cum illa pernicie conluctatus tandem

2 is] his Vap | 3 smaragdi Va | 5/10 *verba* ac sic *usque ad* Tanaim *om.* Vp | 5 forent *om.* Va (*recte*) | 6 incidimus] offendimus Va | 7 forent O | 7/8 inveniremus, abscedere indidem confirmavimus; tum vero divinum quoddam auxilium demorantibus (desiderantibus *coni. Kuebler*) praevenientes Va | 9 a materia Va | viati] victi Va iuti *Kuebler cf. Adn. crit.* | 11/12 Is Tanais *usque ad* discernere *om.* Vp | 12 laevo O | 13 Xersis O | 14 agnominata Vp |

p. 63 Z. rebus dispositisque principibus ac ducibus suis, prout sibi libuit, spiritum emisit. Cumque de sepultura illius iurgia orirentur, quippe Macedonibus in sua eum transferre cupientibus et Persis econtra resistentibus, tandem Iovis oraculum consulentes responsum acceperunt, apud Aegyptum eum sepeliri oportere, non in Memphis, verum in illa, quam ipse sibi aedificaverat urbe. Ergo honorificentissime ibi ei erecta est sepultura.

35. [Val. 168, 10.] Vixit autem annis triginta duobus imperio potitus annis duodecim, conditque urbes duodecim, quas omnes suo de nomine „Alexandriam" nuncupavit: Alexandriam, quae condita est sub nomine Bucephali equi, Alexandriam montuosam, Alexandriam apud Porum, Alexandriam in Scythia, Alexandriam Babylonis, Alexandriam apud Massagetas, Alexandriam apud Aegyptum, Alexandriam apud Origala, Alexandriam apud Granicum, Alexandriam apud Troadam, Alexandriam apud Tigridem fluvium, Ale- p. 64 Z. xandriam apud Scantum. Insignivit ergo muros earum primorum quinque graecorum elementorum characteribus, ut legeretur in eis: Alexander rex genus Iovis fecit: Α. Β. Γ. Δ. Ε. Et quem orbis universus ferro superare non potuit, vino et veneno superatus atque exstinctus occubuit.

---

4 contra O α | 6 non me in α | 7 in illa *om.* M | 8 ei *om.* O | 11 Alexandrias M | 13 Alexandria montuosa αβ O (*et semper* Alexandria) | 14 scisia α | 15 Alexandriam apud Aegyptum *om.* α | 16 orgalas α | 17 troadem M theodam α | 18 Sanctum OV | 19 characteribus *om.* O caracteribus M | 21 fecit *ex* fuit *corr.* M | λ. Ρ. Γ. Ι. Φ. M |

Subscriptio: Explicit ortus vita et obitus Alexandri regis magni Macedonum. Incipit epistola Alexandri regis magni Macedonum ad suum magistrum Aristotilem de situ indiae et itinerum vastitate O | Finit ortus vita et obitus Alexandri (regis *sup. lin.*) magni Macedonum: virtus cum laude refulget. Incipit epistola Alexandri regis magni Macedonis ad magistrum suum Aristotilem matremque suam atque sororem de situ Indiae et itinerum et variis generibus bestiarum et serpentium M [*de* α *et* β *mihi non constat*].

Vita.

Natus sum Gabriel Gedeon Cillié in Australi Africa in pago, qui lingua Batava dicitur „Blauw Vallei“, urbi Wellington proximo die X mensis Septembris anni 1870 patre Carolo Daniele, matre Martha Helena ex gente Marais. Fidem profiteor Calvinistarum. Litterarum primordiis imbutus sum in ludo publico, cui tum praeerat vir benignissimus Marinus I. Stucki. Annum agens quintum decimum, cum pater mortuus esset, domum revocatus usque ad annum 1891 rebus rusticis operam navavi, ut fratrem in administrando latifundio adiuvarem. Deinde afflictis rebus domesticis scholam repetivi. Anno 1892 ad 1894 in urbe Capensi Collegium frequentavi anglice nuncupatum „Normal College“, quod curis viri ornatissimi I. R. Whitton florebat. Unde 1894 venia docendi munitus in civium numerum Collegii Victoriani Stellenboschiae receptus sum. Anno 1897 postquam baccalaureus artium summa cum laude factus sum, per duos annos in illo Capensi collegio munere praeceptoris functus sum.

Mense Novembri anni 1899 Edinburgum me contuli; ibi in academia nomen professus Anglicis potissimum litteris, philosopiae morali, arti educandi studui, quarum disciplinarum magister creatus Argentoratum veni. Scholis interfui horum virorum doctorum: Edinburgi: Laurie, Saintsbury, Seth; Argentorati: Baeumker, Huebschmann, Keil, Knapp, Leumann, Michaelis, Neumann, Plasberg (nunc Rostochensis), Reitzenstein, Schwartz (nunc Gottingensis) Thraemer, Ziegler. Quibus omnibus multum me debere grato animo profiteor.

Corrigenda:

pag. 19 app. crit. ad l. 30: *pro* MA *lege* M.
„ 40 add. Oi 15: *pro* an *lege* quam.
„ 40 add. Oi app. crit. ad 15: *adde* quam] an V.
„ 41 add. Oi 25: *pro* enim *lege* enimvero.
„ 41 add. Oi app. crit. ad 25: *lege* enimvero] enim V.